timeo iſtā. In lege q̄d ſcriptum eſt. Quō legis: duplicitatemq̄
iſtius ꝓpoſitionis. Eſuriui ⁊ nō dediſtis ⁊c. Sed ſup oīa timeo
illationē illius cōcluſionis. Ite ḡ maledicti ⁊c. Itē dr̄ ꝙ cū btūs
ber. interfuiſſet ſemel diſputatiōi pariſi⁹ in ſcholis logicalib⁹ ⁊
ipſi diſputaſſent curioſe de multis. Ipſe captata opportunitate Diui
fecit tale argumētū dicēs Cariſſimi. Ecce dn̄s ꝓpoſuit nobꝫ oīa Bernar
p̄cepta ſua oīb⁹ tanq̄ maiores ꝓpoſitiōes ⁊ modo aſſumit trāſ di argu
greſſiōes ⁊ ſine dubio ex hoc cōcludet in fine vitā eternā. Eze. mētum.
ij. Scripta erāt in libro lamentatiōes quo ad p̄mum: q̄r p̄cepta Eze. ij.
inuitant ad lamentū: ⁊ carnem quo ad ſcḋm: q̄r tranſgreſſiones
habēt modo gaudiū. Et ve eterne damnationis: quo ad tertiū.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tertia cōditio

Tertia conditio que in p̄dicta auctoritate ſophonie tangitur eſt inexplicabilis calamitatis plenitudo: cuꝫ dicit. Tribulabitur ibi fortis dies illa dies ire ⁊c. q. d. Ibi erit inexplicabilis et incō parabilis omnium miſeriarum et anguſtiarum accumulatio.

Sap. vj.

Dicitur autem ibi. Tribulabitur ibi fortis ideſt qui nunc videtur fortis ſecundum mundum et potens. quia vt dicit ſap. vj. horrende ⁊ cito apparebit quoniam duriſſimum iudicium fiet his qui preſunt: exiguo enim conceditur miſericordia: potentes autē potenter tormenta patientur. ⁊ ſequitur fortioribus fortior inſtat cruciatio. Tertio poſſumus conſiderare qualitatem horribilem predicte citationis conſiderando mirabilem ſanctorum exemplationem qui mirabiliter timebant comparere diuino iudicio. Unde dicebat ſanctiſſimus iob. xxxj. Quid faciam

Job. xxxj. Job. ix.

cum venerit ad iudicandum deus? Et iob. ix. Verebar omnia opera mea ſciens quia non parceres delinquenti. Exemplum enim habemus in vi. pa. de agathone qui cum moriturus eſſet per tres dies manſit immobilis apertos oculos tenēs. Ad quē fratres. Ubi es abbas? Qui reſpondit. In conſpectu diuini iudicij aſſiſto. Et illi. Et tu times? Et ille. Laboraui virtute qua potui in diuino ſeruitio: ſed homo ſum et neſcio ſi placuerunt opera mea coraꝫ deo quia aliter ſunt iudicia dei ⁊ aliter iudicia hominū nec p̄ſumo niſi venero corā deo.

De abbate agathone notatu dignum.

Si ꝗ iſte ſctūs ſic timebat quātus erit horror reprobis deſperatis cū audierint ſonitū terribilē tube eos cōpellentis venire ad iudiciū. Eſt etiā exēplum notabile de btō hieronymo qui ſic dicit ſuper math. Quotiens diem iudicij conſidero toto corpore cōtremiſco: ſiue em̄ comedam:

hiero.

ſiue bibam: ſiue q̄d aliud faciā ſemꝑ videtur illa tuba terribilis inſonare auribus meis. Surgite mortui ⁊ venite ad iudicium. Et idē ad chromacium et helyodorum. Ego in ſceleruꝫ meorum latens ſepulchro et peccatorum vinculis colligatus: q̄tidie dominicum illum clamorem expecto. hieronyme veni foras. Ego deniq̨ omnia tuta timeo. Quid audis o peccator? quid hieronymus dicit? Et quis ipſe erat? Nonne ſanctus? nonne probus ⁊ virtuoſus? nonne a curis terrenis penitus abſolutus? nonne penitentia maceratus? Nonne in dei opere aſſiduꝰ? Et tamen clamat. Ego timeo. Et cur non times tu? O amator ſeculi. O negligens in via dei. O peccator nequiſſime contremiſce: depone fatuitatem mentis tue qua fit vt non timeas: et ſepius reuolue verba hieronymi dicentis. Ego timeo.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

SEcundū principale cōſiderādū circa ꝑdictā citationē
eſt cauſe arduitas incōparabilis. Un̄ dicit ſopho.j. Sopho
Dies dn̄i magn⁹. Et iohe.ij. Magn⁹ em̄ dies dn̄i ⁊ ter j.
ribilis valde ⁊ q̄s ſuſtinebit eū. Magn⁹ inq̄ dicit q̄r Johel.
tūc ꝓ magna immo maxima cauſa vocabit vnuſquiſq̄ ⁊ citabit ij.
ad hoc iudiciū. Poteſt aūt hui⁹ cauſe arduitas cōſiderari ꝓpter
tres rationes. Primo ꝓpter ꝓponēde materie multiplicitatē in
numerabilē. Secundo ꝓpter cōplēde iuſticie ſeueritatē terribi
lē. Tertio ꝓpter ferēde ſentētie qualitatē formidabilem. ¶ Pri
mo ꝓpter ꝓponēde materie multiplicitatē innumerabilē. Tra
het em̄ vnuſquiſq̄ in cauſa ad reſpondendum de omnibus do
nis a deo cōceſſis: de oīb⁹ bonis omiſſis: ⁊ de oīb⁹ malis commiſ
ſis. Tūc em̄ ſtatim vt audierint tubā illā terribilē occurret vni
cuiq̄ repēte peccatorū ſuorū congeries ita vt oīa mentis intui
tu mira celeritate cernantur. Hec autem peccatorum recordatio
erit tormentum amariſſimum. Inde erit eis triplex afflictio gra
uiſſima. Prima eſt afflictio pudoris importabilis. Hier. ſecundo
Sicut fur confunditur ita et tu confunderis quia enim dum vi Hier.ij.
uerent peccare non erubeſcebant. Ideo tunc horribili confuſio
ne confundentur. pſ. Operiantur confuſione ⁊ pudore. Secun Pſ.
da eſt afflictio timoris inconſolabilis. pſ. Audite hec omnes gē
tes ⁊c̄. ſequitur. Cur timebo in die mala. ſ. in die iudicij que peſ Pſ.
ſima erit reprobis. Et reſpondet aſſignando cauſam dicens.
Iniquitas calcanei mei circundabit me. Tertia eſt afflictio do
loris inſanabilis. Nā ex his erit illis remorſus conſcientie om
ni ſerpente mordacior yſay. vltimo. Uermis eorum non morie Yſay.vl.
tur. Et hiere.xv. Factus eſt dolor meus perpetuus ⁊ plaga mea
deſperabilis. Et iob vigeſimo. Omnis dolor irruet in eum. Hier.xv.
Quia enim nec erubeſcere: nec timere: nec dolere in hac vita pro
peccatis voluerunt. Ideo perpetua confuſione perpetuo timo
re: et perpetuo dolore: iuſto dei iudicio punientur.
¶ Secundo eſt declaranda huius cauſe arduitas propter com
plende iuſticie ſeueritatem terribilem que precipue tripliciter
declarari poteſt. Primo per punitionis diſtrictionem mirabi
lem. Quia ſicut dicit iob.xxiiij. Deus inultū aliquid abire nō Job.xx
patitur. Et apoca.xix. Qui veniebat ad iudicium vocabatur fi iiij.
delis ⁊ verax et cū iuſticia iudicat et pugnat. Secundo per aſſi Apo.j.
milationis comparationē terribilem. Nā apo.j. Comparatur apo.xix
diuina iuſticia gladio ex vtraq̄ parte acuto. Et apo.xix. de ore

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ipſius procedebat gladius ex vtraq̧ parte acutus vt in ipſo
percutiat gētes. Iſte gladius eſt rigor diuine iuſticie. Tertio
per exēplationis conſiderationē notabilē. Eſt exemplū de an
gelis peccantibus de originali mundo quibus non pepercit
deus Unde. ij. pe. ij. Si deus peccantibus angelis non peper
ij. pe. ij. cit ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cru
ciandos in iudicium reſeruari. Et ſi originali mundo nō pep
cit ⁊c. q. d. quanto magis nec pctōribus modernis parcet. Iō
Ro. xi. etiam dicit Paulus ro. xi. Noli altum ſapere ſed time. Si eñ
deus naturalibus ramis non pepercit ne forte nec tibi parcat.
vide ergo bonitatē ⁊ ſeueritatem dei. In eos quidem qui ceci
derunt ſeueritatē. In te autem bonitatē ſi manſeris in bonita
te: alioquin tu excideris. Nota q̄ dicit. vide ſeueritatē dei. ſ.
vt timeas ſicut reſpicit iuſticia que fit de latronibus in patibu
lo vt hoīes magis timeant. ¶ Tertio declarāda eſt huiꝰ cau
ſe arduitas propter ferende ſententie qualitatem formidabi
lem. Eſt autem huius ſentētie triplex qualitas ſumme formi
dabilis. Prima eſt eius firmitas irreuocabilis. Sententia eñ
ſummi iudicis nullatenus reuocari pōt. ab eo enim appellari
Mal. iij non pōt. ⁊ ipſe eſt omnino immutabilis. Mal. iij. Ego dñs et
non mutor. Secunda eſt eius veritas interminabilis. q2 mit
tentur reprobi in ignem eternū vt dr Math. xxv. Et illa pena
que tibi taxabitur interminabilis eſt. Tertia eſt eius totali-
tas indiuiſibilis q2 erit ſupra totum hominem. ideſt ſuper cor
Berñ. pus ⁊ aīam. Unde Ber. in med. hic caro reproborū vermibꝰ
in inferno agit eorū aīe ignibus deputātur eternis: donec rur
ſus infelici collegio colligati ſempiternis inuoluant̄ incendijs
et qui ſocij fuerunt in culpis erunt etiam in penis.

TErtium principale conſiderandum circa predictaꝫ
citationem eſt cōparandi neceſſitas ineuitabilis. ij
corin. v. Oēs nos manifeſtari opꝫ. ſ. ineuitabiliter
ij. cor. v ante tribunal xp̄i Et ro. xiiij. Oēs ſtabimꝰ ante tri
bunal xp̄i. Electi ergo ad locū iudicij cū pace ⁊ leticia adducē
Ro. xiiij tur. Iſa. lv. In leticia egrediemini et in pace deducemini. Re
probi vero quaſi cum turbine tēpeſtuoſiſſimo cuꝫ amariſſima
Iſa. lv. cordis anguſtia ibidem cōgregabunt̄. Erit autē reprobis hec
cōparandi neceſſitas omni amaritudine et deſolatione plena.
Tum pp̄ter aſtantis conſortij numeroſitatem inexplicabilē.
Tum pp̄ter adiuuantis remedij ipoſſibilitatē irreparabileꝫ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tum ꝓpter iudicantis imperij ſublimitatē inextimabilem.
¶Primo propter aſtantis ⁊c. Aſtabūt em̄ omnes angeli tā bo
ni ꝙ̄ mali: omnes hoīes qui ſunt fuerunt et erūt tā reprobi ꝙ̄
electi. Ex viſione igitur oīm congregatorū habebunt reprobi
confuſionē ineffabilē hier.xvij. Dn̄e oēs qui te derelinquunt hie.xvij
cōfundentur. Importabilis quidem cōfuſio erit eis cōparere
coram tāta multitudine ad recipiendū ſententiā dānationis
eterne. Item ſpecialiter ex viſione bonorꝫ habebunt affectio
nem intolerabilē. Affligentur em̄ videntes gloriā ſanctorū et
hoc ꝓpter inuidiā. pſal. Peccator videbit et iraſcetur dentib⁹ pſ.
ſuis fremet ⁊ tabeſcet: deſideriū pctorū ꝑibit. Affligētur etiā
ex ꝓpria negligentia ⁊ ſtultitia: qr ſe videbunt tāta gloria pri
uatos ꝓpter maliciā ⁊ negligētiam ſuā. vnde Sap.v. Mira Sap.v.
buntur in ſubitatione inſperate ſalutis. Uidētes .ſ. eos qui de
ſpicabiles: viles atqꝫ abiecti fuerāt i mū do: tūc fulgētes ſicut
ſol. Et ſequit. Dicentes intra ſe pñiam lꝫ infructuoſam agen
tes et pre anguſtia ſpūs gementes. hi ſunt quos aliqn̄ habui
mus in deriſum et in ſimilitudinē improperij. Nos inſenſati Iſa.xiij
⁊c. ⁊ Iſa.xiij. Omne cor hoīs cōtabeſcet ⁊ conteret: torſiones
et dolores tenebūt quaſi parturiens dolebūt. Itē ſpecialiter
ex viſione malorū habebunt turbationē horribilē. Magn⁹ ꝗ̄p
pe ⁊ incredibilis horror erit eis ſe videre ſic miſerabiliter aſſo
ciatos horrendis ſpiritib⁹ ⁊ horribilib⁹ corpibus aliorū dam
natorū. Sap.v. Uidētes turbabunt timore horribili ⁊ Job.xx. Sap.v.
Uadent ⁊ venient ſup eos horribiles. O ꝙ̄ amara erit dies il Job.xx.
la peccatoribus: dicēt vtiqꝫ heu heu cur nati ſumus. O miſe
ri nos quo trahimur? Ue nobis qr pergimus ad rigoroſum
iudicium. ¶Scdo erit reprobis hec cōparēdi neceſſitas ama
riſſima ꝓpter adiuuantis remedij impoſſibilitatē irreparabi
lem. prouerb.xi. Mortuo homine impio nulla erit ſpes vltra Proue
Intelligite hec vos ꝗ obliuiſcimini deū. Iuuari quippe tūc nō xi.
poterūt reprobi nec per ꝓprie facultatis opationē: nec per fra
terne charitatis interceſſionem: nec per diuine pietatis miſe
rationem. Poſſumus quippe ꝙ̄diu viuimus his trib⁹ modis
iuuari ⁊ ſaluari ſed impij poſt mortem nullo modo. Primo nō
poterunt iuuari per proprie facultatis operationē. Erunt em̄
quaſi ligatis manibus ⁊ pedibus vt dr Math.xxij. Unde non
poterunt ſe iuuare meritorijs operibus quia ⁊ ſi aliqua meri Math.
ta forte habuerunt tamen mortificata ſunt: vnde Mat.xxv. xxv.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Uniuerſitas malorum quinq͂ fatuis virginibus comparatur que lampadibus vacuis venerunt obuiam ſponſo: nec tunc
Eccl'ia. ix. agere poterunt aliquid meritorium. Quia vt dicitur eccleſia
ſtes. ix. Mortui non habent vltra mercedem idest merendi fa
Apoc. x cultatem. Et apocal. x. Tẽpus iã amplius non erit ſcilicet me rendi. Item nec ſe iuuare poterunt oratorijs gemitibus. quia
Prouer. ſcribitur prouer. xxviij. Qui declinat aurem ſuam ne audiat
xxviij. legem: oratio ei9 erit execrabilis. vnde Mat. xxv. Fatuis vir
Matth. ginibus clauſa eſt ianua ne intrarent ad ſponſum. Et fruſtra
xxv. orauerunt dicentes. Domine dn̄e aperi nobis. q2 dictum eſt eis. Neſcio vos. Item nec ſe iuuare poterũt ſatiſfactorijs acti bus ſcilicet per penitentiam fructuoſam: quia tunc nulla po terit eſſe mutatio de ſtatu culpe ad ſtatum gratie. Eccleſiaſtes
Eccl'. xj. xj. Si ceciderit lignum ad auſtrũ: aut aquilonem in quocũq͂ loco ceciderit ibi erit ſcʒ imperpetuum. Ideo dicit Chriſoſto.
Chriſo. Ibi non erit reſiſtendi virtus: nec penitentie locus: nec defen ſionis tempus: nec fugiendi facultas: nec latendi poſſibilitas nec apparendi ſecuritas: nec ſatiſfactionis vtilitas: et ex angu ſtia omnium nihil ibi remanebit niſi luctus. Teneamus ergo
Eccle. ix documentum ſapientis Eccleſiaſtes. ix. dicentis. Quodcunq͂ poteſt manus tua inſtanter operare. quia nec opus: nec ratio nec ſapientia: nec ſciẽtia valet apud inferos quo tu properas
Hierẽ. xv Secundo nec iuuari poterũt per fraterne charitatis interceſ ſionem. Hiere. xv. Quis miſerebitur tui. aut quis ibit ad rogã
Iſa. viij dum pro pace tua? q. d. nullus. et Iſa. viij. Suſpiciet ad celũ ſurſum: ſcilicet ad ſanctorum auxilium. ⁊ ad terram deorſum intuebitur ſcilicet ad cõſilium et auxilium terrenum. ⁊ ecce te
Chriſo. nebre et diſſolutio. i. omnimoda turbatio et deſolatio. Chriſo ſto. Ibi nec diuitie diuitibus: nec parentes parentibus prode runt: nec angeli pro hominibus intercedent. Iſa. x. Quid fa
Iſa. x. cietis in die viſitationis et calamitatis de longe venientis ad cuius confugietis auxilium? ¶ Tertio nec iuuari poterunt
Augu. per diuine pietatis miſerationem. Quia ſicut dicit auguſti nus miſericordie modo tempus eſt. Iuſticie poſt erit: ſcilicet in iudicio. Unde autem miſericordie tempus? Uocat modo aduerſos: donat peccata conuerſis: patiens eſt ſuper pecca tores donec conuertantur. quandocunq͂ autem conuerſi fue rint preterita obliuiſcitur: donat vnde ſibi ſacrificetur: tribuit vnde placetur. hoc ergo miſericordie tempus nõ nos trãſeat

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fratres quia venturum eſt iudiciũ quando iudex a ſeueritatẽ ſua flecti non poterit.hec ille. Tunc eñ quia reprobi dũ viue rent dei miſericordiam neglexerunt:et ea abuſi ſunt:ideo me rito ea priuabuntur imperpetuum. Iſaye.xxxiij. Ve qui ſper nis:nonne ⁊ ipſe ſperneris? Ideo dicet eis dñs illud prouer.j. Uocaui vos et renuiſtis:extendi manum meã et non fuit qui aſpiceret:deſpexiſtis omne conſiliũ meũ et oẽs increpationes meas neglexiſtis. Ego quoq; in interitu veſtro ridebo⁊ ſubſan nabo cum vobis quod timebatis aduenerit ⁊c. poterit ergo tunc vnuſquiſq; reproborum dicere. Factus eſt dolo⁊ meus perpetu⁹ ⁊ plaga mea deſpabilis. ¶ Tertio erit reprobis hec cõparendi neceſſitas amariſſima ꝓpter iudicantis ſperñ ſubli mitatem ineſtimabilẽ q⁊ neceſſario habebũt cõparere corã ad mirabili maieſtate ſummi iudicis cuius potẽtia terribilis:ſciẽ tia infallibilis:ira ĩportabilis. ¶ P⁊io igit̃ amariſſimũ erit eis cõparere corã tanto iudice q⁊ eius potẽtia eſt valde terribilis eccleſia.xliij. Terribilis deus ⁊ magnus vehementer ⁊ mira bilis potẽtia ipſius. Ideo aũt eſt ei⁹ potẽtia terribilis ⁊ mirabi lis. Tũ q⁊ pro⁊ſus inexplicabilis.pſal. Quis loquit̃ potentias dñi:q.d.nullus. Eſt eñ dei potentia infinita. Et dicitur omni potentia quia ad omnia ſe extendit. Ideo ſumme timẽda pro pter quod dicit ſal. Mat.x. Nolite timere eos q̃ occidũt corp⁹ animã autem nõ poſſunt occidere.eum autem timete qui põt animam et corpus perdere in gehennam. Hoc cõſiderantes martyres pro nihilo duxerunt corpus ſuum tormentis expo nere. Tum quia pro⁊ſus ineuitabilis ſiue ineffugibilis. Job. x. Non eſt qui de manu tua poſſit eruere. Et ſap.xvj. Tuã ma num effugere impoſſibile eſt. Tum quia pro⁊ſus intermina bilis. Dañ.vij. poteſtas eius poteſtas eterna que nõ auferet̃. ¶ Secundo erit reprobis amariſſimum comparere coram tan to iudice quis ſua ſcientia eſt infallibilis.q⁊ nec falli nec falle re poteſt. Sunt autem huius ſcientie tres conditiones multũ notabiles et peccatoribus multum terribiles. prima quia eſt incomprehenſibilis.. Eſt eñ infinita et ad omnia generaliter ſe extendens.augu. Quicquid fecero deus aſſiſtit vt pote per petu⁹ inſpecto⁊ cogitationũ.intẽtionũ.actionũ. Et ſap. puer. xv. In oĩ loco oculi dñi contẽplantur bonos et malos. Scđa q⁊ eſt indubitabilis. Non eñ cognoſcit aliq̃d deus per opinionẽ q̃ eſt dubia:aut per fidẽ q̃ eſt enigmatica:ſed oĩa nouit ꝑ ſciẽ-

Iſaie. xxxiij. Puer.j.

Eccl. xliij.

Pſal.

Mat.x

Job.x. Sa.xvj. Da.vij.

Augu. Prouer. xv.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſiam intuitiuam. heb. iiij. Nõ eſt vlla creatura inuiſibilis in cõ-
ſpectu eius. Omnia aũt nuda ſunt ⁊ aperta coram oculis eius.
Tertia qꝛ eſt incommutabilis ⁊ prorſus inamiſſibilis qꝛ ſicut
dicit Jac. j. Apud deum non eſt tranſmutatio nec viciſſitudinis
Jaco. j. obumbratio. Attentiſſime ſunt conſiderande huiuſmodi condi
tiones diuine ſcientie: que ſatis euidenter oſtẽdũt ꝙ timẽdꝰ ſit
ipſe dñs. Legimꝰ. iij reg. iij. quoniam timuerũt regem ſalomo-
nẽ vidẽtes ſapientiã dei eſſe in eo ad faciendũ iudicium: ꝙto
magis timẽdus eſt ipſe deus propter ſuam ſapientiã. prouer.
Prouer. xxj. xxj. Nõ eſt ſapientia: nõ eſt ſcientia: nõ eſt conſilium contra do
minũ qꝛ ſcꝫ decipi non poteſt. Legimus in primo libro regũ in
multis capitulis ꝙ dauid a facie ſaul ſe abſcondebat modo in
vno loco: modo in alio ſed nõ poteſt ſic fieri domino. pſal. Quo
ibo a ſpiritu tuo ⁊ quo a facie tua fugiã? Tertio erit eis amariſ
Pſ. ſimum comparere coram ſummo iudice qꝛ tunc ira eius erit im
portabilis. ij. paralipo. xxxvj. Inſuſtẽtabilis ira tua ſuper pecca
tores. Erit aũt hec ira importabilis: tum qꝛ penitꝰ inſupabilis
ſiue inexpugnabilis. Naũ. j. Ante faciẽ idignatiõis eiꝰ ꝗs ſtabit?
Naũ. j. et ꝗs reſiſtet in ira furoris eiꝰ? pſal. Quis nouit ptãtẽ ire tue. et
pre timore tuo irã tuã dinũerare. Tũ qꝛ prorſus implacabilis
Pſ. Eze. vij. Immittam furorem meũ in te: et iudicabo te iuxta vias
Eze. vij. tuas ⁊ ponam contra te omnes abhominationes tuas ⁊ nõ par
Sa. xix. cet oculus meus ⁊ non miſerebor. Et ſap. xix. Impijs vſ ad no
uiſſimum ſine miſericordia ira ſuperuenit. non quidẽ ſine miſer
cordia taxationis quia ſemper per dei miſericordiam minor pe
na peccatori taxatur ꝙ ſecundum iuſticiam debeatur ſed ſine
miſericordia redemptionis ſiue relaxatiõis pene taxate de qua
in reprobis nihil vnꝙ poterit minui. multum pondẽrãda ſunt
que dicimus quia nunc ſi aliquando iuſte pro peccatis noſtris
iraſcitur deus ⁊ tanꝙ pius pater delinquentes filios punire vo
luerit: multa tamen facilitate placatur. Legimus Exod. xxxij.
ꝙ deum punire volentem filios iſrael moyſes detinuit. Et nu.
xvj. Aaron ipſum iã punientem compeſcuit. Et. ij. regũ. xxiiij.
Dauid angelum percutientem populum humilitate placauit
et Iſa. xxxviij. Ezechias ſententiam de morte ſua reuocari impe
trauit. Et Jone. iij. Niniuitarum penitentia ſententiam de ex
terminio ciuitatis iam promulgatam reuocari promeruit. Ca
ueamus ergo ne nunc diuina clementia abutentes dei miſeri-
cordiam in iuſticie ſeueritatem et furorem indignationis im-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

placabilis cõuertamus. Tum etiã hmôi ira eſt ſumme terri-
bilis ⁊ rigoroſa.pſal. Tu terribilis es ⁊ quis reſiſtet tibi extũc Pſ.
ira tua. Notanter dicit extũc: q̃ extunc apparet dei clemẽtia.
ſed extunc ira. Iſa.xxx. Ardens furor eius et grauis ad portã Iſa.xxx
dum.pſal. Exardeſcet ſicut ignis ira tua. Et michee.v. Faciã Pſ.
in furore ⁊ indignatione vltionem. Ideo dr̃ apocal.vj. Reges michee.
terre principes ⁊ tribuni diuites et fortes oĩs ſeruus ⁊ liber: v.
dicent montibus ⁊ petris cadite ſuper nos et abſcondite nos Apo.vj
a facie ſedẽtis ſuper thronũ et ab ira agni qm̃ venit dies ma
gnus terre ipſorum: ⁊ quis poterit ſtare. Et nota bene qd̃ di-
cit ab ira agni quia ipſe xp̃s in ſe eſt agnus mitiſſim⁹ ipſis ta
men reprobis videbitur terribiliſſimus. vnde greg. Diſtrictũ
iudicium inconcuſſus exercebit qui ſemper manſuetus exiſtẽs Grego.
et ſemper incõmutabilis permanens malos punit. Ipſis tñ
reprobis et electis ſub eiuſdẽ incõmutabilitatis ſpecie nõ vni
formiter demonſtratur q̃ ⁊ tranquillus iuſtis: ⁊ iratus appa
rebit iniuſtis. Teſte eñ cõſcientia intra ſemetipſos deferunt
vnde et eorum mentes eundẽ reſpiciant ſed non equaliter mo
dificentur: q̃ ⁊ iſtis eum benignũ oñdit ſua iuſticia: ⁊ illis terri
bilem ſua culpa. Unde Aug. Deus in ſeipſo eſt alpha.⁊ O.i.
principium et finis. in mundo creator ⁊ rector. in angelo decor Augu.
et ſapor: in electo liberator ⁊ adiutor: in reprobo terror ⁊ hor-
ror. ¶ Circa predicta de tribus illis cõditionibus ſummi iu-
dicis qualiter ſcilicet hec omnia timorem et tremorem mirabi
lem debent cordibus humanis incutere. Notandum eſt exẽ
plum parabolicum quod ponit iohãnes dam̃. in barlaã. Dicit Iohes
enim barlaam ad ioſaphat. Q; rex quidã erat qui ſedens in dam̃.
curru aureo obuiam habuit duos pauperes heremitas in ſor
dido habitu ⁊ macie: ⁊ ſolis ardore deformes et deſiliẽs de cur
ru ſuo amplexans eos oſculatus eſt. Cum autem venirẽt ma
gni principes nullã videbatur eis reuerẽtiã exhibere: ſed tri Exem-
ſtis in ſeipſo ⁊ meditatiuus ſemꝑ erat. Unde multũ indignati pluz no
ſunt cõtra eũ. Quod ſciens quidã frater eius ad eũ veniẽs di tatudig
cit ei qualiter de modis ⁊ cõditionib⁹ ſuis indignati erãt prin niſſimũ.
cipes querens etiã cãm ſue triſticie: dicit ei rex quod ad eius
interrogationẽ in craſtino r̃nderet. Erat aũt regis illius cõſue
tudo talis ꝙ quãdo aliquẽ morti adiudicabat tibiciẽs ad por
tam eius mittebat et ſic mortis imminere iudicium ꝑſignabat
Miſit ergo eos ad portã fratris ſui: quos cũ audiſſet tremefa



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ctus expauit anxie ſecū cogitās et adminiſtrans qua de cā
rex in eū mortis ferre ſniam decreuiſſet. Totā ergo noctē in
pauore ⁊ eiulatu trāſigēs cū tota familia filijs ⁊ vxore: mane
facto ante palatij fores ſciſſis veſtibus laceratis crinibus: la-
chrimiſq₃ perfuſus clamās ⁊ eiulans affuit. Curuatis in ter
ra genibꝰ ac cōploſis manibꝰ quāta poterat humilitate miaꝫ
poſtulabat. De p̄cepto aūt regis nudat: ligatur: et ex oī parte
applicatis gladijs mortē ſuā expectabat lugēs. Cū aūt rex p̄
ciperet vt cātarent ioculatores corā eo ex oī genere muſicorū
habēs ⁊ hoc facto nihilominꝰ fleret: ⁊ rex cām fletus inquireret
rn̄dit qūo nō poſſum nō flere cū tube tue mihi mortē minent
et gladios mortiferos video vndiq₃ me circūſtantes: nec maie
ſtatis tue cōſpectū ſuſtinere valeo. Cui rex clemēter ait. Fra
ter chariſſime ſi tu nullꝰ offenſe in me cōſcius: audita tn̄ tuba
cōcrepante terribiliter expauiſti ⁊ a facie fratris tui mortalis
hoīs horruiſti: qūo nō magꝫ timeā multoꝝ ſceleꝝ teſte ꝯſcia
reus cōpere corā eterno iudice cuiꝰ gladij. ſ. ſnie dānationum
vndiq₃ me circunſtant. nanq₃ eiꝰ qm̄ eius ſapientia eſt indece
ptibilis: iuſticia inflectibilis: potētia inſupabilis: ⁊ ſnia irreuo
cabilis. Ubi aūt p̄ncipes terreni nihil me iuuare pn̄t. Iſti bt̄i
paupes q̄s vidiſti aduocati ⁊ mediatores apud ſummū iudicē
eſſe poſſunt. His auditis oēs circūſtantes ſe cōfuſos eſſe vidē
hebre. tes regis ſapiētiam admirati ſunt. Ex p̄dictis appet q̄ verū
x. ſit illud apl̄i heb. x. horrendū eſt incidere in manus dei viuē-
tis. Tūc nihil p̄derit hūana ſapiētia: aut hōritas aut potētia
freq̄nter ergo cogitemus q̄ terribilis eſt iudex ille. Et tūc que
ramus pacē cū eo qꝛ tūc ira eius placari nō poterit. Audiamꝰ
Mat. iij. itaq₃ q̄d dicebat iohānes phariſeis. Mat. iij. Progenies vipa
rū q̄s oñdit vobis a fugere a vētura ira. facite ergo fructus di
gnos pn̄ie. Et ſequit̄ Iā ſecuris ad radicē arboris poſita eſt.

## Quarta principalis cō-

ſideratio: eſt cōſideratio ordiatiue diſpoſitiōis
rom. xiij. Ubi prio notandū q̄ in oībꝰ dei opibus eſt cer-
ta et debita dei ordinatio. Ro. xiij. Que a deo
ſunt ordinata ſunt. Et ſi hoc veruꝫ ſit in alijs
dei opibꝰ multo magis in finali iudicio q̄d erit oīm ordinatiuū
erūt oīa ⁊ ſingula ordiatiſſime diſpoſita. Eſt aūt circa hec cō
ſiderāda triplex ordinatio. Pria ē ordinatio diſpōnis localis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Secunda eſt ordinatio diſpoſitionis modalis.
Tertia eſt ordinatio diſpoſitiōis viſualis.

PRima igit̃ ē ⁊c. Ubi notandū ꝙ ſicut dicit magr̃ ſen. in.iiij.diſ.xlviij. Aliq̄ putauerūt dn̄m deſcenſurū in vallem ioſaphat in iudicio eo ꝙ ipſe ꝑ iohel ꝓphetā ſic loquit̃ iohel.iij. Congregabo oēs gētes ⁊ deducā eas in vallē ioſaphat et diſceptabo ibi cū eis. Sȝ magr̃ queȝ etiā ceteri theologi ſequunt̃ rephendit eos q̄ ſic lr̃aliter dictū illud itelligūt. Qm̄ nō oēs hoīes in illa valle cōphendi poſſent. Jō illud potius ē miſtice ⁊ ſpūalr̄ intelligendū in valle ioſaphat i. in valle iudicij q2 ioſaphat iterp̄tat̃ iudiciū. q2 nō pciſe in illa valle ioſaphat ad lr̄am erūt oēs iudicādi ſȝ q̄t in illa capi poterūt. Alij aūt circa vallē. alij ꝓpinqui⁹: ⁊ alij remoti⁹. Et ꝓ ampliori declaratiōe ꝯſiderāda ē hec ordinatio diſpoſitiōis localis quo ad tres locorum differentias. Johel. iij.

Primus eſt locus adorande maieſtatis.
Secundus eſt locus venerande ſocietatis.
Tertius eſt locus condemnande impietatis.

¶ Prim⁹ ē loc⁹ adorāde maieſtatꝫ. ſ. loc⁹ ipſi⁹ ſummi iudicis q̄ erit ſupra mōtē oliueti. Uñ dicit magr̃ vbi ſupra ꝙ ſedebit nō in terra ſȝ i ſpacio aeris illi⁹ ex q̄ loco aſcēdit in celū. Et viſimile ē qḋ ſedebit in loco illo ex q̄ apl'i deſierūt eū videre corpaliter qñ aſcēdit in celū. ſedebit aūt i aere nube luciſiſſima ſibi miniſteriū exhibēte. Sicut actuū. j. legimus ꝙ in ei⁹ aſcēſiōe nubes ſuſcepit eū ab oculis eorū. vñ ibidē dr̃. Hic ieſus qui aſſumptus eſt a vobis in celū ſic veniet quēadmodū vidiſtis eū euntē in celū. Et luc. xxj. Tunc videbunt filiū hoīs venientem in nube cū poteſtate magna et maieſtate. veniet igit̃ ad iudicium circa loca in q̄bus nr̄e redēptionis impleuit miſterium. Et hoc cōueniēter per tres rōnes. Prima ſumitur ex pte diuine potentie q̄ maxime eſt ibi declaranda vbi eſt ſua infirmitas offenſa. Scḋo ex parte diuine mīe quo ad bonos. vt euidēter appareat quanta dei bonitate ſaluabuntur electi. Tertia ex parte iuſticie quo ad reprobos vt ſic appeat quanta iuſticie rectitudine dānabuntur. Conuenientius aūt videtur ꝙ iudicaturus ſedeat ſuper montē oliueti vnde aſcendit x̄p̄s ſuper locū in quo paſſus eſt q2 paſſus eſt in forma infirma. Judicabit aūt in forma gl'ioſa. ¶ Scḋs eſt locus venerāde ſocietatis. ſ. electorū qui erūt ibi ad dexterā iudicis nō in terra ſȝ in aere. Lu. xxj.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Unde dicit magiſter vbi. ſ. q̄ iuſti non deſcēdent in vallē iudi
.j. theſ. iiij. cij ſed in nubibus eleuabuntur obuiam chriſto. Unde apoſtol9
j. theſ. iiij. In perſona eorū qui tūc reperiētur viui dicit. Nos
qui viuimus qui reſidui ſum9 ſimul rapiemur cum illis in nu
bibus obuiam chriſto in aera. Si eñ non raperentur in aera
quouſq3 poſt iudicium non dicerentur rapi obuiam xp̄o ſ3 poſt
xp̄m. Erunt autem electi ſurſum in aere conuenienter triplici
ratione. Primo ratione corporalis agilitatis habebunt eñ cor
pora agilia. Secundo ratione ſpiritalis conformitatis vt ſic cō
formetur corpus ſpiritui qui oīo queſiuit que ſurſum ſunt: et
tunc prorſus feretur in ſuperiora. Tertio ratione diuinalis
bonitatis que ſic amicos ſuos honorabit plus vel minus ſecū
dum meritorum exigentiam. Unde erunt viri perfecti in loco
eminentiori et magis prope chriſtum tanq̄ aſſeſſores iudicis
ſicut ipſe promiſit Math. xix. In regeneratione cum ſederit fi
Math. xix. lius hominis in ſede maieſtatis ſue ſedebitis et vos ſuper ſe
des duodecim iudicantes. ⁊c. Licet iſtud videatur ſolis apoſto
ſtolis promiſſum: tamen intelligendum eſt de omnibus perfe
j. cor. vij. ctis alioquin paulus ibi non ſederet vñ. j. cor. vj. Neſcitis q2
ſancti de hoc mundo iudicabunt. Et ſap. iij. Iudicabunt ſancti
Sap. iij. nationes. Q2 ergo duodenarius numerus eſt numerus abun
dans partes eñ eius ſuperexcreſcunt: per duodeci ſedes intel
ligitur perfectio tribunalis. i. vniuerſitas pfectorū iudicātium
et p. xij. tribus vniuerſitas iudicandorū. Boñ. in. iiij. Numer9
Boñ. duodenarius diuiditur in duos ſenarios in quo ſignificatur
pfectio in duplici vita. ſ. actiua et cōtemplatiua cū ſupereroga
tione cōſiliorū: et iſta3 eſt que ſibi vendicat iudiciariā poteſtatē
hec boñ. in. iiij. diſ. xlviij. ¶ Terti9 eſt locus cōdēnande impie
tatis. ſ. turbe dānatorū qui erunt deorſum in terra. vñ dicit ma
giſter vbi. ſ. In vallem ioſaphat. i. diuini iudicij congregabun-
tur omnes impij. Sicut eñ electi habebunt corpora ſua agi-
lia ita per oppoſitum reprobi habebunt corpora ponderoſa
⁊ terreſtria ideo ſuper terrā erūt, quā etiam dū hic viuerēt dile
xerūt. Sic ergo ſeparabit eos iudex queadmodū paſtor ſegre-
gat oues ab edis vt habetur Mat. xxv. Boni quidē dicuntur
oues ꝓpter ſimplicitatē: fecūditatē ⁊ mititatē. Reprobi vero di
cunt hedi ꝓpter feditatē: carnalitatē ⁊ ſterilitatē. O q̄ta erit cō
fuſio miſeris illis ſic in illo loco cōgregatis. q̄tus horror: q̄ta
triſticia: qñ ſe ſic videbunt ab electis ſegregatos in loco infe

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

riori deiectos:et videbunt electos ſic honorifice in aera ad iudicis dexteram eleuatos. O ꝙ terribilis erit miſeris illis aſſiſtentia illa tam venerabilis oim̄ beatoꝝ. Et hoc precipue propter tres rōnes. Primo propter innumerabilē multitudinem tāte ſocietatis:a qua increpationē durā ſuſtinebunt. Vn̄ in canonica iude. Ecce venit deus cum ſanctis milibus ſuis facere iudiciū cōtra oēs et arguere impios de oibus operibus impietatis eorum. Scd̄o ꝓpter ineffabilem celſitudinē ſue dignitatis quā ſe ſic amiſiſſe videbūt et cui inuidebūt. Oēs enim electi erūt vt filij dei ⁊ reges regni celeſtis. pſ. Nimis honora[illegible] ſunt amici tui de⁹. Tertio propter inuicibilē magnitudinem ſue poteſtatis. Apoca. xix. Exercitus qui ſunt in celo ſequebant eum .ſ. iudicē in equis. ⁊c. pſ. Gladij ancipites in manibus eoꝝ ad faciendā vindictā in natio. ⁊c. Tunc quippe ſancti apparebūt reprobis duri ⁊ irati. Tū precipue quia dn̄m maieſtatis offenderūt. vide poſt. Tū qꝛ eorū vitā ⁊ mores contēnendo deriſerūt qꝛ ſicut dr̄ ꝓuer. xxix. Deteſtantur ſtulti eos qui in recta ſunt via. Tunc qꝛ eos corporaliter et tēporaliter afflixerunt. vn̄ ſap. v. Stabūt iuſti in magna cōſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerūt:et qui abſtulerunt labores eorū vidētes turbabunt ⁊c. ⁊ Iſa. xiiij. Erūt capientes qui ſe ceperant et ſubijciēt exactores ſuos. vn̄ in paſſiōe ſancti ypoliti legitur ꝙ decius ⁊ valeri⁹ ꝑfectus traditi ſunt laurētio et ypolito cruciandi quos cruciauerant. Itē in. iiij. dyal. gre. Legitur ꝙ quidam heremita vidit iohēz papam et ſymmachū patriciū quos theodoricus rex afflixerat et occiderat ducētes dictū regē victū cathenis et in vulcanum ꝓijci. et ſimilia multa legūtur. Itē electi ſe iratos reprobis oſtendēt. propter hoc maxime qꝛ dominū maieſtatis offenderunt. Si em̄ helyas zelo dei occidit prophetas baal:vt habetur. iiij. Re. xix. ꝙtomagis credendū eſt tūc omnes electos velle facere vindictā impijs qui dominū offenderunt. Chriſo. Si rex terrenus proceſſurus contra aliquē expeditionē mādat in pp̄lo:dignitates oēs:exercit⁹ oēs excitātur:tota ciuitas fernet:ꝙtomagis celeſti rege exurgēte iudicare viuos ⁊ mortuos angelice virtutes cōmouent:terribiles miniſtri terribiliorem dn̄z precedentes añ ipſum pro cādelabris fulgura viua precedunt ⁊ pro tubis horrēda tonitrua. hec ille. O igitur ꝙtus tremor erit ipſis reprobis. Tūc verū erit de eis qđ dr̄ iudith. xiij. Intolerabilis timor et tremor cecidit ſuper eos. Si em̄ innō-

Pſ.

Apocal. xix.

Prouer. xxix.

Sap. v.

Iſa. xiiij

Chriſo.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

centes ⁊ virgines.ſ.iohannes euangeliſta et daniel viſo vnico
angelo tanꝗ̃ mortui ceciderũt vt hr̃ apo.j.Et dañ.x.cuz tñ illi
angeli mitterẽtur ad eorũ cõſolationẽ: quid facturi ſunt in iu
dicio pctõres miſeri videtes tot angelos ⁊ ſanctos aſtantes
ps. ad eorum cõfuſionẽ et cõdẽnationẽ. Uere ergo dicere poterit
quilibet reproborũ illḋ ps. Timor et tremor venerũt ſuper me
et contexerũt me tenebre.

SEcunda eſt meditatio diſpoſitionis modalis vbi ha=
bemus conſiderare triplicẽ modorũ differentiam.
Prim⁹ eſt modus admirabilis deſcenſionis
Secundus eſt modus honorabilis conuentionis.
Tertius eſt modus horribilis aggregationis.

¶ Primus eſt.⁊c.ſ.deſcẽſionis ipſius xp̄i q̃ ſic vt dicitur.j.the.
iiij.In tuba dei deſcẽdet de celo mirabiliter in nube lucidiſſi
ma.Circa hm̃oi aũt deſcẽſionẽ tria ſunt cõſideranda.
Primũ eſt celſitudo glĩoſe maieſtatis:q: veniet in poteſtate ma
ps. gna ⁊ maieſtate vt dr̃ lu.xxj.Uñ aduentus ille erit oib⁹ mani=
Math. feſtiſſimus ſicut prim⁹ fuit occult⁹.ps.Deus manifeſte veniet
xxv. deus nr̃ ⁊ non ſilebit.⁊ mat.xxv.Cũ venerit filius hominis in
maieſtate ſua.Scd̃m eſt pulchritudo numeroſe ſocietatis.ma
thei.xxv.Et oẽs angeli eius cum eo.Deſcẽdet itaqꝫ index cuz
poteſtate magna ⁊ maieſtate cũ angelicis choris ⁊ ſua glorio
ſiſſima matre ac reliquis ſanctis ſi qui ſint in corpore glĩfica
to in celis.Oẽs aũt alij ſancti venient obuiã ei in aera.vt dictũ
eſt.Penſa ꝗ̃ pulchrũ:ꝗ̃qꝫ honorabile erit hoc cõſortiũ vbi erit
Danie. tãta multitudo beatoꝝ ãgelorũ ⁊ ſctõꝝ hoim.Uñ de angelis
vij. dr̃.dañ.vij.Milia miliũ miniſtrabãt ei ⁊ decies cẽtena milia aſ
ſiſtebãt ei.Tertiũ eſt magnitudo iperioſe autoritatis.Ueniet
Math. em̄ oñdens autoritatẽ imperãdi ⁊ iudicãdi qr ſicut dr̃ Math.
xxv. xxv.Tũc ſedebit ſuper ſedẽ maieſtatis ſue.De qua ps.Thro
nus tu⁹ ſicut ſol in cõſpectu meo.Et ſicut dicit Chriſo.Angeli
Chriſo. añ eũ deferẽt ſignũ crucis.vñ ⁊ in euãge.veritas ait.Et tũc ap
hieroñ. parebit ſignũ filij hois.hiero.Crux xp̄i pugnabit ꝯ te:cicatri
ces contra te loquẽt:claui de te cõquerẽtur.heu q̃d impius pec
cator poterit tũc dicere.luxurioſi:ſuperbi.⁊c.Et eccleſia cãtat
Chriſ. hoc ſignũ crucis erit in celo cũ dñs ad iudicãdum venerit.chri
ſo.Crux apparebit ſole lucidior exñs.Et quod dicitur de cru
ce veriſimile eſt ẽt de alijs inſtrumẽtis paſſionis ꝙ videlꝫ an=
geli añ eũ deferẽt hm̃oi iſtrumẽta ex miraculo reformata vide

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

licet colũnam:coronã ſpineã:clauos:ſpongiã ꝛ lanceã:qḋ fiet ad cõmendationẽ diuine mīe ꝙ̃ ad ſalutẽ electoꝝ ꝛ manifeſtationẽ equitatis ꝛ iuſticie in dãnatione ipſoꝝ. ¶ Scḋs eſt modus honorabilis cõuentionis.ſ.ſocietatis electoꝝ. Ad pſens aũt ſpãliter ꝯtẽplanda eſt corporalis diſpoſitio ꝙ̃ erit et ipſis reprobis manifeſta. Erit itaqꝫ in corporib⁹ btõꝝ triplex diſpõ valde delectabilis. Pͣa erit aromatica ſuauitas. vñ cãtat eccl'. Sãcti tuī dñe florebũt ſicut liliũ ꝛ ſicut odor balſami erũt añ te Scḋa erit glĩfica formoſitas.ſ.p dotẽ claritat' q; fulgebũt ſic ſol. vt dr mat.xiij. Tertia erit mirifica virtuoſitas. q; p dotem ĩpaſſibilitatis erũt virtuoſa ad reſiſtẽdũ oībus cõtrarijs.p dotez ſubtilitatis erũt ꝟtuoſa ꝛ potẽtia penetrare ſine fractione ſcḋz Scotũ. Et p dotẽ agilitatis erũt virtuoſa ad obediẽdũ oío ſpũi vt moueanť ꝗcũqꝫ ſpũs voluerit. De his ãplioꝛa videre potes infra vbi de beatitudĩe celeſti agitur de gloria cõſubſtantiali. ¶ Tertius eſt mod⁹ horribilis aggregatiōis.ſ.reproboꝝ. Ubi cõſiderãda eſt triplex horribilis diſpoſitio in corporib⁹ dãnatoꝝ per oppoſitũ ad triplicẽ diſpoſitionẽ predictã corporuz btõꝝ. vide infra vbi de penis infernalibus in quīta conſideratione principali. O ꝙ̃ta vndiqꝫ deſolatio reproborũ vbicumqꝫ aſpiciant. Iſa.xiij. Unuſquiſqꝫ ad proximum ſuuz ſtupebit. facies combuſte vultus eorum.

In corporibus btõꝝ triplex erit diſpoſitio delectabilis

Iſa.xiij.

TErtia eſt ordinatio diſpoſitionis viſualis. Ubi conſiderandum eſt qualiter videbitur aut nõ videbiť iudex ab his qui iudicandi erunt. Pro cuius declaratione conſiderãda eſt triplex viſio ipſius iudicis. Prima eſt viſio naturalis humanitatis. Scḋa eſt viſio ſupnaturalis claritatis. Tertia eſt viſio diuinalis maieſtatis. ¶ Pͣa eſt viſio naturalis humanitatis. hãc viſionẽ habebunt oēs et reprobi. Uñ di. magiſter in.iij.diſ.xlviij. In forma vtiqꝫ ſerui iudicabit ꝙ̃ oībus in iudicio apparebit vt videãt mali in quẽ pupugerũt. iuxta illḋ apo.j. Uidebũt eum oīs oculus ꝛ ꝙ̃ eum pupugerũt. Itẽ magiſter vbi.ſ. ſic ait. Itẽ legiť in euã.ioh. Et poteſtatẽ dedit ei iudiciũ facere q; filius hoīs eſt. nõ ꝙ ipſe ex virtute hoīs ſit iudicatur⁹ vel ꝙ ipẽ ſolus ſine pr̃e ꝛ ſpũſancto ſit iudiciũ factur⁹ ſꝫ q; ipẽ ſolus in forma ſerui iudicãs a bonis ꝛ malis videbiť. Uñ ſup lu.xxj. Tũc videbũt filiũ hoīs. ꝛc. dicit theophil⁹. Tã fideles ꝙ̃ infideles videbunt eum. Tunc implebiť illḋ. zach.xij. Uidebunt in quẽ tranſfixerunt. O ꝙ̃ta cõ

Triplex iudicis viſio.

Prima viſio.

Apo.j.

Theophilus



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fuſio erit iudeis videre hominē ab eis crucifixū in tanta ma-
ieſtate et gloria. hominē ab eis morti adiudicatū ſup eos ſen
Scda viſio. tentiam eterne damnatiōis inferre. ¶ Scda eſt viſio ſuperna
turalis claritatis. ſcʒ glorie humanitatis ipſius xpi. hāc viſio
nem etiam habebunt reprobi. vnde dicit magiſter vbi. ſ. For
ma filij hūana cunctis in iudicio apparebit nō infirma ſed glo
rioſa et apparebit terribilis impijs ꝛ mitis iuſtis. Unde ſecun
dum doctores fiet ſupernaturaliter virtute diuina vt videant
damnati formam glorioſam corporis xpi ad ampliorē cōfuſio
nem eorū ꝛ deſolationem. Triſtabunt em̄ videndo gloriā eiꝰ
quem odiſit: damnati aūt vehemēter odiunt deū nō ſub ratio
Math. xxiiij. ne qua deus eſt: ſed qꝛ eos punit. Tunc (vt dr̄ Mat. xxiiij.) plā
gent ſuper ſe oēs tribus terre. Chriſo. Plangent iudei viden-
Chriſo. tes viuentem ꝛ iudicantē quē mortuum exiſtimauerunt: plan
gent ꝛ gentiles qui vanis diſputatiōibus phorū decepti irra
tionabilem ſtulticiam putauerūt eſſe colere deū crucifixū: plā
gent ſe chriſtiani pctōres qui mundū ꝛ carnem magis dilexe-
runt ꝙ xp̄m. Plangēt ſe heretici qui purū hoīem crucifixū di
xerunt cū videant ipſum eſſe iudicē in quē iudei tranſfixerūt
Tertia viſio. hec ille. ¶ Tertia eſt viſio diuinalis maieſtatis. hanc viſionē
non habebunt reprobi. vnde dicit magiſter vbi. ſ. diuinitateʒ
Iſa. iudicis mali non videbūt. vnde Iſa. Tollatur impius ne videat
gloriam dei. Humanitatem itaqꝫ videbunt reprobi vt timeant
diuinitatem vero nō: ne gaudeant: diuinitas em̄ ſine gaudio
videri non poteſt. hec magiſter vbi. ſ. Cognoſcent enim dam
nati diuinitatē xpi nō per clarā viſionē: ſed per effectus vt di-
cunt doctores. quantū aūt ad oēs generaliter tam reprobos
ꝙ beatos ſupernaturaliter fiet vt ita eum videant ꝛ audiant
qui erunt a remotis ſicut propinqui. O quantus pauor: quā
Grego. tus horror: quantus dolor erit in reprobis? Grego. Horū pauo
rem quis explicet cū contigerit miſeris culpas ſuas ꝛ intra ſe
cernere ꝛ an̄ ſe iuſtū iudicē videre. hec ille. Cogita igit̄ o pctōr
miſerrime ꝙ terribiliſſima ſunt hec oīa. Cogita inqꝫ ꝙ diu ha
bes tēpus reſpirādi. Cogita attente ꝛ meditare quaſi pre ocu
lis cerneres hanc hmōi iudicij ordinatam diſpoſitionē quam
ſine dubio tu aliquando videbis: ſed tunc tempus penitendi
non habebis. O ꝙ terribile erit tunc reprobis videre faciem
Chriſo. iudicis. Chriſo. Satius eſſet mille fulmina ſuſtinere: ꝙ vultū
eius manſuetudinis plenum nobis tamē aduerſanteʒ videre.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quinta eſt cõſideratio reuelatiue manifeſtatiõis. Ubi primo notandũ ꝙ extas diuini iudicij erit manifeſtiſſima. Oſee. vj. Judicia mea quaſi lux egredietur. Et.j.cor. iiij. Illuminabit abſcõdita tenebrarum et manifeſtabit conſilia cordiũ. et Iſa. xlvij. Reuelabitur ignominia tua et videbitur opprobrium tuũ. Naũ. iij. Reuelabo pudenda coram facie tua et oſtendam gentibus nuditatem tuã et regnis ignominiam tuam. Singula verba diligẽter attende et diſcretionis libra põdera quid importẽt. Honeſtus homo erubeſcit ſua videre pudẽda: magis aũt verecũdatur videre aliena: ſed magis incõparabiliter ab alijs videri ſua. dicit ergo primo. Reuelabo pudenda coram facie tua vt in teipſo primitus erubeſcas. Et deinde ſubdit. et oſtendã gentibus nuditatẽ tuam O ſi hec põderarent fraudulẽti: luxurioſi: enormes ⁊ impudicos cõtractus facientes. latrones ⁊ hmõi. Attende quãta verecundia ſuffunderetur mulier honeſta ſi corã hoibus toti⁹ regni ſua nuditas videretur. Reuera pre nimia confuſione deficeret etiam ſi multa ſpecioſitate niteret. magis autem ſi deformis eſſet: longe aũt magis ſi multa feda ⁊ enormia in ſecreto cordis eius latentia corã oibus vulgarentur. quanto igitur magis incõparabiliter quilibꝫ reproborũ cõfundetur qñ corpus ei⁹ oi deformitate turpius: ⁊ oi fetore fetidius corã oibus oñdetur. Adhuc aũt longe vehemẽti⁹ qr cuncta eius horrida flagitia oibus reprobis hoibus ⁊ demonibus nudabũtur. ſed multo adhuc horribilius qr ab oibus bonis ãgelis ⁊ hoibus videbũtur: ſed ineſtimabiliter intolerabilius ſe videri a ſummo iudice cõfundentur. Cogitet ergo nunc vnuſquiſqꝫ quãta tũc erit cõfuſio in cordib⁹ impiorũ ⁊ ꝙ̃ iexcogitabile ex hac extrema confuſione tormentũ. Hinc Hier. ad pãmachium et oceanum Modo videntur forſitã quidã deo diſſimulãte peccare: ſed aderit illa dies in qua oia facta noſtra quaſi in quadã tabula depicta monſtranda ſunt deo: demonibus et angelis ⁊ hoibus vniuerſis. hec ille. O ꝙ̃tis in illa die multũ expediſſet ſi in hac vita mẽbrorũ vſu ⁊ vigore caruiſſent. O ꝙ̃ti tũc elingues ⁊ muti feliciores loquacibus erũt. O quot paſtores et rudes ac ſimplices beatiores phis et poetis apparebũt? Ut aũt euidẽtius cõſideremus cõfuſionẽ illã reproborum declarandus eſt pre-

Oſee.vj. j. corin. iiij. Iſa. xlvij. Naũ.iij Hier.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cipue triplex modus reuelationis peccatorū qui erit in hoc fi
nali iudicio.
Prima dicitur reuelatio accuſatorie proditionis.
Secunda dr reuelatio iniuriatiue offenſionis.
Tertia dr reuelatio exprobatiue abuſionis.

PRima dr. ꝛc. qua. ſ. mali accuſabunt malos eos ꝓdē
do. Mali inq̄ cōſcij peccatorū et aliquo modo cauſa
vel occaſio ipſorum prodent et accuſabunt eos qui
hmōi peccata cōmiſerūt. Erit autem huiuſmodi ac
cuſatoria proditio precipue triplex.
Prima eſt diabolice verſutie.
Secunda eſt ſupportate nequitie.
Tertia eſt proprie cōſcientie.

¶ Prima eſt. ꝛc. Accuſabūt. n. diaboli eos qui ſuis ꝑſuaſionibꝰ
ꝛ verſutis ſuggeſtionibꝰ adheſerūt. Sūt igitur ꝓditores. Nā
vt ſuggerūt peccatū faciendū ꝛ de ipſo cōmiſſo pctōrē accuſa
bunt. Sicut ſocius furis interdū accuſat furē de furto qđ com
apoc. xij. miſit cū eo. Vñ apoc. xij. Dicit diabolus accuſator fratrū qui ac
Augu. cuſat illos añ cōſpectū dei die ac nocte. Et aug. dicit. Aſtabunt
oēs añ tribunal xp̄i ꝛ preſto erit diabolus ꝛ recitabit verba ꝓ
feſſionis noſtre ꝛ obijciet nobis in faciē quicquid fecerimꝰ: ꝛ in
quo peccauimꝰ: in quo loco: ꝛ q̄d facere debeamus: dicturꝰ em̄
eſt ille aduerſariꝰ noſter. Equiſſime iudex iudica iſtū eſſe meū
ob culpā qui tuꝰ eſſe noluit ꝑ gratiā. hec ille. ¶ Scđa eſt accu
ſatoria proditio ſupportate nequicie qr. ſ. illi qui adulationem
aut vanū fauorem: aut etiā per negligentiā ſuorū ſuperiorum
fuerūt ab eis in ſuis vicijs ſupportati: nō correcti: nec puniti ꝓ
dent ꝛ accuſabūt eos. vt ſubditi ꝑlatos: filij parētes: diſcipuli
magiſtros ꝛ hmōi. vnde eccl. xlj. de ipio patre cōquerunt filij
Sap. v. Ideo dr ſap. v. horrendū ꝛ cito apparebit qm̄ duriſſimum iudi
Bernar̄ cium fiet his qui ꝑſunt. ſ. ad regendū alios. Et ber. ſuper can.
contra paſtores negligentes. O terribilis deus ſup filios ho
minū. veniēt ante tribunal xp̄i et audietur grauis populorum
querela. accuſatio dura quorū vixere ſtipēdijs nec diluere pec
cata: quibus facti ſunt duces ceci et mediatores fraudulenti.
hec ille. fraudulenti inq̄ qr eos deceperūt minis et irritiona-
biliter eos ſupportādo. ¶ Tertia eſt accuſatio proprie ꝯſcie.
que ſeipſam velit nolit prodet: et accuſabit coram omnibꝰ. Ro.
ij. Teſtimonium illis perhibente conſcientia ipſorum cogita

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tionū accuſantiū aut etiā defendentiū in die cū iudicabit do
min⁹ occulta cordiū. Unuſquiſq̄ em̄ librū ſue cōdēnatiōis por
tabit: ⁊ apertū oībus demonſtrabit. Apo.xx. Libri aperti ſunt.
Tūc apparebūt cogitatiōes male: preſumptiōes: ipocriſes: tur Apo.xx.
pes delectatiōes: pūerſe volūtates: inuidie: odia ⁊c. cordis pctā
blaſphemie: adulatiōes: ſeminatores diſcordie: diffamationes
⁊c. oris pctā oēs inuidie ⁊ turpitudines in mrīmonio et alias
facte fraudes furta ⁊ oīa alia mala. vide ergo videāt ſinguli qd
nūc tpis i cōſcie libro ſcribere velit qꝛ tūc palā aperiet ⁊c. Jdeo
dr̄ hiere. ij. Arguet te malicia tua ⁊ auerſio tua increpabit te. hiere.ij.
Sicut em̄ furtū ligatū ad collū furis pdit ⁊ accuſat eū: ita ⁊ tūc
pctā accuſabūt miſerū pctōrem. Tren. j Cōuolute ſunt iniqui Tren. j.
tates ⁊ impoſite collo meo. Ber. Tūc opera ſimul loquentia di
cēt ad miſerū pctōrem tu nos elegiſti: opera tua ſum⁹ te nō de Ber.
ſerem⁹: tecū erim⁹: tecū ad iudiciū pgem⁹. Jdē. Opera bonorū
ſequunt eos: ſed opera malorū perſequunt eos. Juxta hoc ēt Ambro.
dicit ambro. li. de officijs. Unuſquiſq̄ reus in ſeipſo erit redar lib.de of
gut⁹. Jō dicit aug. O homo ſi times iudiciū corrige cōſciētiā. ficijs.

SEcūda eſt reuelatio iniuriatiue offenſiōis p quā ſcꝫ Augu.
accuſabūt iniuriati ⁊ offenſi eos q̄ offenderūt ipſos.
Erit aūt hec accuſatio triplex. Pria eſt oppreſſe ſim
plicitatis. Secunda eſt inhonorate ſanctitatis. Ter
tia eſt offenſe maieſtatis. ¶ Prima eſt oppreſſe vel ſcandalizate
ſimplicitatis. Accuſabunt em̄ impios et cōtra eos teſtificabunt
illi quos oppreſſerunt vel leſerūt ſpūaliter verbis: morib⁹ aut
exēplis occaſionem ruine prebētes: ⁊ pacem eorū aut amicitiā
turbātes. ſap. v. Tunc ſtabunt iuſti in magna conſtātia aduer Sap.v.
ſus eos qui ſe anguſtiauerūt ⁊c. Unde pſalmi. Cognoui quia ps.
faciet dominus iudiciū inopis ⁊ vindictā pauperum. Et iterū
Turbabunt. ſ. impij qui ſimplices oppreſſerūt: a facie ei⁹ pr̄is
orphanorū ⁊ iudicis viduarū. Tunc implebitur etiā illud ps.
Propter miſeriā inopum ⁊ gemitū pauperū: nunc exurgam: ps.
dicit dominus. Jdeo dr̄ puer. xxij. Non facias violentiā paupe
ri qꝛ iudicabit dn̄s cauſam ei⁹. Ad hoc videlicet exemplum de Prouer.
vidua ⁊ iudice iniquitatis Luc. xviij. poſt quod ſubdit pſalmi. xxij.
Deus non faciet vindictā electorū clamantium ad ſe die ac no
cte dico vobis qꝛ cito faciet. ¶ Secūda eſt accuſatio inhonora
te ſanctitatis. Qꝛ ſcti ſpecialiter accuſabūt eos qui eos inhono
rauerunt ⁊ cōtempſerūt periurando eoꝝ noīa: violādo feſta: p

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

phanādo impie loca ſctā: frangēdo vota non ſolummō debita
Apo. vi. ⁊c. huiuſmodi Apo. vi. Interfecti ꝓpter verbum dei clamabāt
voce magna dicētes. Uſqꝫ quo domine verus ⁊ ſanctus nō vin
dicas ſanguinē noſtrum de his qui habitant in terra. Ad pro
Vicēti⁹ poſitum valet exemplum qđ refert vincenti⁹ in ſpeculo moral.
in ſpecu lib. ij. Q; in theuthonia quidam archidiaconus ambiens epa
lo mora tum inſidiabatur epiſcopo ſuo bono viro ⁊ ſeni quomodo euꝫ
li. lib. ij. occideret. Et cū cōſueuiſſet eps ire ad matutinū ⁊ alios preue
nire ad ſalutādum beatā virginem ⁊ intrare ꝑ quandā portā
veterem: collocauit de nocte archidyaconus lapidem ſuper di
ctam portam: veniens aūt eps vt ſolitus erat ⁊ aperiens por
tā lapide cadente excerebrat ⁊ moritur. Archidiaconus igitur
cum multo labore obtinet epiſcopatū. Cunqꝫ cōfirmatus gau
dens obtineret ⁊ faceret conuiuiuꝫ receptiōis ſue: quidā prin
ceps ſeruiēs in menſa coram eo flexis genibus ſubito rapitur
ante tribunal ſummi iudicis: ⁊ videt ibi beatam virginem cuꝫ
magna multitudine angeloꝝ et ſanctoꝝ adducentem dictum
epm portantē cerebrum ſuum in manib⁹. Et dicit beata virgo:
fili adhuc recēte ſanguine ⁊ vulneribus ⁊ cerebro hui⁹ mei mi
litis: crudelis ille et proditor homicida gaudet ſe obtinere ei⁹
epiſcopatū. Rñdit domin⁹. Quē mittam? Tunc btā virgo ait.
Ecce hic ſeruitor ſuus. Cui dñs p̄cepit ſub pena mortis vt citet
dñm ſuū peremptorie vt cito veniat corā eo de tā nephādo cri
mine reſpōſur⁹: ⁊ ei cauſam coraꝫ omnibus exprimat. Qui ſta
tim rediens turbatus infremuit: tremuitqꝫ et cultellum quem
tenebat proiecit: amariſſime flens. Rogatus ab omnibus et
etiam ab epiſcopo cauſam pandit qua audita epiſcopus ſubi-
ta morte percuſſus ibi coram omnibus mortuus eſt.

hiere. ¶ Tertia eſt accuſatio offenſe maieſtatis. Ipſe enim iudex q̄
xxix. offenditur ꝑ peccatis accuſabit pctōres et contra eos teſtifica
bitur. hiere. xxix. Ego ſum iudex et teſtis dicit dominus. Et
per pſalmiſtam dicit. Arguam te ⁊ ſtatuam cōtra faciem tuā.

TErtia eſt reuelatio exprobratorie abuſiōis q̄r. ſ. di
uina beneficia quibus abuſi ſunt peccatores accu
ſabunt eos et exprobrabunt propter abuſum illum
Erit autem hec accuſatio ſiue exprobratio triplex.
Prima eſt diuine ſcripture.
Secunda eſt angelice cure.
Tertia eſt vniuerſe creature.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Prima eſt diuine ſcripture. Scripturam eñi ſacram ideo dedit deus vt per eam homines diſcernerent quid agendum. q̄d faciendum. quid timendū: ⁊ quid ſperandū. Ideo dicebat dñs iudeis. Jo.v. Eſt qui vos accuſat moyſes. i. lex que accuſabit impios qui eam audire: retinere: ⁊ exequi contēpſerunt. Ideo di. Ja.ij. Sic loquimini et ſic facite quaſi per legē libertatis incipientes iudicari. De quolibet vtiq̄ reprobo vere dici poterit id Jo.xix. Scdm̄ legē debet mori. Jo.v. Ja.ij. Jo.xix.

¶ Secunda eſt exprobatio angelice cure. Accuſabunt eñi angeli eos qui ſub ſua cuſtodia peccauerūt qui. ſ. eorū monitiones et cōſilia contēpſerunt. Unde orige. Unuſquiſq̄ angelorū in extremo iudicio aderit perducens illos quibus preſuit. hec ille. Qui autem eis credidit animas cuſtodiendas credibile eſt q̄ ab eis queret rationē de huiuſmodi cuſtodia. Cum autem non mentiantur: nec alienam culpā ſibi imputare debeant: dicturi ſunt q̄ non fuit culpa ſua ſed animarū obedire nolentiū ſicut nō eſt culpa medici qui nihil omittit de requiſitis. ſi non curat infirmum inobedientē. Unde vox illa hier. li. Curauim⁹ babylonem et non eſt curata: dicitur eſſe angelorū quaſi dicentium. fecim⁹ quod noſtra intererat circa babylonē vt curaret ſed culpa ſua fuit q̄ non eſt curata. Orige. hiere.

¶ Tertia eſt accuſatio vniuerſe creature. greg. Si queris q̄s te accuſet. dico q̄ totus mundus. Uñ deute.xxxij. Inuocabo cōtra vos celū ⁊ terrā. i. oēs creaturas que ſunt in celo et in terra et iob.xx. Reuelabunt celi iniquitates eius. ſ. impij. ⁊ terra cōſurget aduerſus eū. Cū eñi deus creaturas omnes fecerit ad hōis vtilitatē ⁊ oēs deo obedierint: homini ſeruiēdo: ipſe vero hō inobediens et rebellis fuerit ſuo creatori: nō accuſabūt euz quaſi ingratū. Clamabit nāq̄ celum ſuo modo. O deus omnipotens. Ego homini miniſtraui cum planetis meis influendo ſuper terrā ⁊ alia faciendo q̄cquid iuſſiſti: ipſe vero te offendit tibi rebellis fuit: ergo vindica iuſtiſſime iudex. Clamabūt ſol et luna ⁊ ſtelle. O ſumme deus nos dedimus peccatoribus lucez vt tuū impleremus imperiū: illi vero te contēpſerūt. Fac ergo vindictam. Clamabit ſuo modo aer. Clamabit aqua. Clamabit ignis. Clamabit terra. Clamabunt maxime ea quorū ſpāli terviuz habuit ⁊ poſſeſſionē. Abacuch ſcdo. Lapis de pariete clamabit. ⁊ Ja.v. Agite nūc diuites plorate vlulātes i miſerijs veſtris q̄ aduenient vobis. diuitie veſtre putrefacte ſunt: ⁊ ve Grego. Deute. xxxij. Job.xx. Ja.v.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſtimēta vr̄a a tineis comeſta ſunt. Aurum ⁊ argētū vr̄m erugi
nauit ⁊ erugo eoꝝ in teſtimoniū veſtrū erit ⁊c. Tot igit̄ ⁊ tan
tis teſtibꝰ multiplicat̄ ꝯ ipſos oī fide digniſſimis: oī exceptiōe
maioribꝰ: nō habebit eoꝝ aliqs q̄d rn̄dere valeat: ſꝫ dicere pote
Job.x. rit illō Job.x. Inſtauras teſtes tuos ꝯ me. Un̄ hugo de ſctō vi
Hugo ctore. In illa die vltiōis nihil erit qd̄ rn̄der̄ poſſit hō pctōr: vbi
de ſctō celū ⁊ terra ſol ⁊ luna: dies et noctes totꝰ mūdꝰ ſtabūt in teſti=
victore. moniū aduerſꝰ eos. hec ille O q̄ʒ arcte: q̄ʒ anguſte tūc erūt vie
reprobis qn̄ nō poterūt negare: nō excuſare: nō appellare: non
fugere: nō īpetrare veniā: nō habere refugiū. O q̄ʒ flebilis tūc
erit dānatoꝝ cōditio. Nō valebūt p̄ces: nō clamores: nō gemi
tꝰ: nō amici: nō deniq̄ʒ q̄ddā aliō. Un̄ āſel. in medit. ⁊ eadē fere
Anſel. verba dicit gre. in omel̄. Erunt vndiq̄ʒ anguſte vie reprobis
ſuperius erit index iratus: inferiꝰ patēs horrēdū chaos infer
ni: a dextris pctā accuſantia: a ſiniſtris īfinita demonia ad in
fernū trahētia: intꝰ cōſciētia vrēs: exteriꝰ mūdꝰ ardēs. Tūc vix
iuſtꝰ ſaluabit̄. Miſer ergo pctōr ſic vndiq̄ʒ deprehēſus in quā
ptē ſe ꝑmet: latere erit īpoſſibile: apparere ītolerabile. hec ille.

SExta eſt cōſideratio diſ
cuſſiue redditiōis. Ubi ꝯſiderādū q̄liter de oībꝰ
in iudicio dei faciēda eſt diſcuſſio ⁊ reddenda rō.
Tūc vnicuiq̄ʒ dicet̄ illō lu.xvj. Redde rōnē villi
Lu.xvj. catiōis tue: iā em̄ nō poteris vilicare. Cogita ſi eſſes redditurꝰ
rōnē mille florenoꝝ corā dn̄o tpali iuſto: prudēti: ⁊ ſeuero: mul
tū eſſes ſolicitꝰ ꝓ bona cōputatiōe faciēda. Sis ergo multo ma
gis ſollicitꝰ ⁊ timoroſꝰ ꝓ rōne reddēda de tota vita tua coram
deo ⁊ angelis ⁊ ſctis oībꝰ. Erit em̄ tūc generaliter reddēda rō.
De omnibus donis conceſſis. De omnibus malis commiſſis.
De omnibus bonis omiſſis.

PRio de oībꝰ donis cōceſſis. Oia̅ ſiqdē a deo accipimꝰ
j.co.iiij. Quid habes qd̄ nō accepiſti. Et gre.j. omel̄.
Grego. Cū creſcūt dona rōnes ēt creſcūt donoꝝ. Jō et btūs
Job.ix. iob dicebat Job.ix. Si volueris iudicio cōtēdere nō
Job. eſt q̄ reſpōdeat vnū ꝓ mille ſcꝫ ſuſceptis bn̄ficijs. Et iob.xxxj.
xxxj. Quid faciā cū venerit ad iudiciū ⁊ cum q̄ſierit q̄d rn̄debo illi.
Nunq̄d non in vtero fecit me ⁊c. Quis em̄ digne deo poſſit re
ſpōdere de bn̄ficijs generalibꝰ creatiōis: cōſernationis ⁊ redē
ptiōis. Erit ergo ſpecialis rō reddēda de oībꝰ donis cōceſſis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Primo de donis ſpiritualibꝰ. Secũdo de donis corpalibꝰ. Tertio de bonis tẽporalibus. ¶ Primo de donis ſpiritualibus. Et de triplicibꝰ. Primo de donis ſpũalibꝰ innatis cuiuſmodi ſunt aĩa et potẽtie naturales eiꝰ. Ideo de ipa aĩa dicit bern̄. Ue mihi ſi talentum mihi traditum negligenter ſeruauero precioſo ſanguine agni incõtaminati magis appreciatuz. Secundo de donis ſpũalibꝰ acquiſitis ſicut ſunt ſcientie.i.coꝛ.iij. Cõprehendam ſapiẽtes in aſtutia eoꝝ. habẽs vtiq ſcientiã ⁊ malã vitam duruz habebit iudiciũ quia vt dicitur lu.xij. Seruꝰ ſciẽs voluntatem domini et non faciens plagis vapulabit multis. Tertio de donis ſpiritualibus gratuitis: cuiuſmodi ſunt virtutes theologice: dona ſpiritusſancti: gratia ſacramentalis: remiſſio peccatorum et huiuſmodi. Iſa.xliij. Ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me. reduc me in memoria iudicemur ſimul: narra ſi quid habes iuſtificeris. Ideo etiam dicit paulꝰ ij.coꝛ.vj. Hortamur vos ne in vacuuz gratiam dei recipiatis. ¶ Secundo de donis corporalibus cuiuſmodi ſunt corpis pulchritudo: fortitudo: valitudo. Eſt quippe corpus quaſi caſtruz qđ a deo tenemus in feudum. Debemus ergo illud cuſtodire ſancte ⁊ caſte: quia templum dei eſt.i.coꝛ.vj. An neſcitis quia corpora veſtra templũ ſunt ſpiritusſancti. Triplici autez ratione debemus deo ſeruire de corpore ⁊ membris eius. Primo ratione cõditionis qꝛ corpus noſtrum dñs condidit. Secundo ratione expoſitionis qꝛ totum corpus ſuum pro nobis expoſuit. Tertio ratione promiſſionis qꝛ tantam remunerationem corpori ſibi ſeruẽti ꝑmittit. Io.i.coꝛ.vj. Corpus nõ fornicationi debetur ſed domino. ¶ Tertio de donis temporalibus. Eccle. xi. In donis ſit coꝛ tuum: ⁊ ſcito ꝙ pro his omnibus adducet te deus in iudiciũ ſcilicet pro diuitijs: delitijs ⁊ honoribus. De diuitijs dr iob.xx. Diuitias quas deuorauit euomet et de ventre eius extrahet eas deus. ⁊ chriſo. ſup Math. Diuitias accepiſti non vt laſciue viuas ſed vt in eccleſijs expẽdas: que enim habes pauper ſunt ꝫ tibi ſunt credita: et ſi ex laboribꝰ iuſtis ⁊ hereditate paterna poſſeſſoꝛ eoꝝ factus es. Hec ille. Diuitie quidẽ bene expoſite erunt in teſtimoniuz pro bonis ⁊ tanq̃ aduocati eoruz. Thob.iiij. Quõ potes eſto miſericoꝛs ⁊c. ſequitur ꝑmiũ bonum tibi theſaurizas in die neceſſitatis diuitie autez malorũ erunt in teſtimoniũ ſue dãnationis. Ideo auaris dicit Ja.v. Theſaurizaſtis vobis irã in diebꝰ nouiſſimis de delicijs

De triplicibus donis ſpiritualibꝰ erit reddẽda ratio.
Bern̄.
Lu.xij.
Iſaye xliij.
Beatus paulꝰ. ij coꝛ.vj.
Triplici ratione debemꝰ deo ſeruire de corpore ⁊ mẽbris eius.
Primo.
Secũdo
Tertio.
Eccl.xi.
Job xx.
Chriſo.
ſuper math.
Thob. iiij.
Ja.v.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Apoca. autem ⁊ honorib⁹ dr Apo.xviij. Q̃tum glorificauit ſe ⁊ in deli
xviij. cijs fuit tantum date illi tormentum ⁊ luctum.

S Ecundo erit reddenda ratio de omnibus malis com
miſſis. Eccle.xij. Cuncta que fiunt adducet deus in
Eccle. iudicium pro om̄i errato. Et ſup illō pſal. Cū accepe
xij. ro tempus ego iuſticias iudicabo dicit ber. Si iudi
Bern̄. cabit domin⁹ iuſticias quō ergo iniuſticias: cognoſcetur tūc do
minus iudicia faciens qui nunc ignoratur iniurias patiēs. hec
ille. Tunc ergo exigetur ratio de omnibus malis commiſſis.
Primo de cordis cogitatione. Secundo de oris locutione. Ter
tio de operis executione. ¶ Primo igitur de malis commiſſis
cordis cogitatione ſapien.j. In cogitationibus impij interro=
Sap.j. gatio erit. Et eiuſdem.vj. Ipſe cogitationes noſtras ſcrutabi=
Math. tur. ¶ Secundo oris locutione. Matthei.xij. De omni verbo
xij. ocioſo quod locuti fuerint homines rationem reddent in die
Verbū iudicij. Dicitur autem verbum ocioſum ſecundum hiero. qđ
ocioſū ſine vtilitate loquētis vel audientis pfertur. Et greg. in mor.
qđ dica Ocioſum quippe verbū eſt quod aut ratione iuſte neceſſitatis
tur. aut intentione pie vtilitatis caret. Si autem de verbis ocioſis
Grego. reddenda erit ratio: penſateq̃ diſtricta multo magis rō exige
in mor. tur de verbis detractorijs deceptorijs et blaſphematorijs. Et
grego. ſuper illud Math.xxiij. Omnes capilli veſtri numera
Grego. ti ſunt dicit. Sic deus vias noſtras conſiderat ⁊ greſſus dinu=
merat vt nec minime cogitationes et verba minutiſſima que
apud vos vſu viluerunt in eius iudicio remaneant indiſcuſſa
Athana ¶ Tertio operis executiōe. vnde athanaſius. Ad cuius aduē
ſius. tum omnes homines re.ha.cū cor.ſ.⁊ redditurі ſunt de factis
Job.xiij proprijs rationē. ⁊ iob.xiij. Cōſeruaſti oēs ſemitas meas ⁊ ve
ſtigia pedū meorum cōſideraſti. Et eiuſdē.xxxiiij. Oculi eius
ſup vias hoim ⁊ oēs greſſus ei⁹ ↄſiderat. Exēplū eſt de angelo
numerāte oēs paſſus heremite de quo habetur in vita patrū

T Ertio erit reddēda ratio de omnibus bonis negli=
gēter omiſſis. Et hoc de triplici omiſſione. Primo
de omiſſione virtuoſe exercitationis reſpectu diui
norum preceptorum ⁊ conſiliorū. Secundo de omiſ
ſione fructuoſe correctionis ⁊ inſtructionis reſpectu ſubditorū
Tertio de omiſſione amoroſe miſerationis reſpectu egenorū.
Math. Primo de omiſſione virtuoſe exercitatōis in ſeipſo. vnde mat.
xxv. xxv. Seruus inutilis qui noluit operari in talento dure incre=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

patur ⁊ in tenebras exteriores mittitˀ. Erit quippe ratio red-
denda de tempore totius vite qđ dedit dñs petõribus ad agẽ Apo.ij.
dum pñiam.apo.ij. Dedit ei dñs pnie tps et nõ vult penite Anſel.
re.vnde anſel.de meditatiõe ad cõcitandũ timorẽ. O lignũ ari
dum ⁊ inutile eternis ignibꝰ dignũ:quid rñdebis in illa die
cũ exigetˀ a te vſqꝫ ad ictũ oculi oẽ tps viuendi tibi impenſum
qualiter a te fuerit expenſum. ¶ Scđo de omiſſione correctio
nis ⁊ inſtructiõis reſpectu ſubditorũ:ſicut pr̃ reddet rõnez de
hmõi omiſſione reſpectu filiorũ. Uñ legitˀ ꝙ hely punitꝰ eſt qꝛ
nõ corripuit filios ſuos vt habetˀ.j.regũ.ij. Nã ⁊ puer.xxix.dr. Prouer
Erudi filiũ tuũ. Itẽ curatꝰ ⁊ prelatꝰ reſpectu ſubditorũ.ezech. xix.
xxxiij. Fili hoīs ſpeculatorẽ dedi te domui iſrael .⁊c.vſqꝫ ibi Ezech.
ſanguinẽ eiꝰ de manu tua requirã. Itẽ ezech.xxxiiij. Ecce ego xxxiij.
ipſe videbo ſup paſtores et requirã gregẽ meũ de manu eorũ Ezech.
Ibidem. Ue paſtoribꝰ iſrael.⁊ hiere.xiij. Ubi ẽ grex qui datꝰ xxxiiij.
eſt tibi.pecus inclitũ tuũ. Itẽ dñs ſeu princeps terrenꝰ reſpe- hie.xiij
ctu ſuorũ ſubiectorũ.vñ Nu.xxv. Pricipes a dño iuſſi ſunt ſu Nume.
ſpendi in patibulis ꝓpter pctm̃ ppl̃i. videãt ergo qui curam xxv.
aliorũ gerũt:qui aliis preſunt:qualr̃ cõmiſſum gregẽ v̾bo pa
riter ⁊ exẽplo regũt et inſtruũt. Qꝛ vt dr ſap.vj.horrẽde ⁊ cito Sap.v
apparebit quia duriſſimum iudicium fiet his qui preſunt.

¶ Tertio de omiſſiõe miſerationis.qꝛ vt dr Ja.ij. Iudiciũ ſi- Ja.ij.
ne mia fiet ei ꝗ nõ fecerit miam. Exigetˀ aũt a deo ſpecialr̃ de
omiſſiõe triplicis miſeratiõis. Prio de omiſſiõe miſeratiõis cõ
donatie.ſ.iniuriarũ.vñ mat.xviij. Seruꝰ nequã qui noluit mi
ſereri cõſerui ſui increpatur a dño ⁊ tortoribus mãcipatˀ. Se Math.
cundo de omiſſiõe miſerationis ſupportatiue.ſ.alienarũ imp xviij.
fectionũ et defectuũ. Qui eñ noluerit fratrez ſupportare qua
rõne ſpare poterit a dño ſupportari. Mat.vij. In qua menſu
ra menſi fueritis remetietur vobis. Unde ⁊ apls dicitˀ gal.vj. Ad gal
Alter alterius onera portate.et ſic adimplebitis legẽ xp̃i. Et vj.
col.iij. Supportantes inuicẽ. Tertio de omiſſiõe miſeratiõis
diſtributiue.ſ.bonorũ tẽporalium egentibꝰ.vnde dicet eis iu
dex illud mat.xxv. Eſuriui et nõ dediſtis mihi manducare ⁊c Math.
vt amplius dante deo dicemus in ſequenti cõſideratiõe. Qui xxv.
vult igitur in diuino iudicio miam inuenire ſtudeat nũc aliis
miam exhibere. Nã dicit ſal. Math.v. Beati miſericordes qm̃ Mat.v.
ipſi miam cõſequẽtur. Cũ itaqꝫ de tot et tãtis et quaſi impro-
uiſe ⁊ ſubito oporteat rationẽ reddere ſemp ergo vigila ⁊ di-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ecclia- ligenter examia cōſcientiā tuā iuxta illud eccli.xviij. Añ indi
ſtici .xv- ciū īterroga temetipm ⁊ in cōſpectu dei iuenies ꝓpiciationē.
iij.

# SEptima eſt conſidera

tio retributiue ſentētiatiōis. Terribilis pror
ſus eſt expectatio, illi⁹ ſnie. Nimirū iudicialis
ſnia ſummi ⁊ eterni iudicis finē imponit flagi
tijs ⁊ certitudinē ꝑbet in dubijs. Audiatur er
go ſnia illa cū reuerētia ⁊ timore. Audiat̄ cū diligentia ⁊ amo
re. Circa hanc aūt cōſiderationē cōſideranda ſunt et diligen
ter attendenda tria miſteria.
Primum eſt miſteriū ſumme deſiderabilis benedictionis.
Secundum eſt miſterium ſumme formidabilis maledictiōis.
Tertium eſt miſterium prorſus infallibilis executionis.

PRimum eſt miſteriū ſumme deſiderabilis bñdictio
nis. Primo em̄ ꝓferet̄ ſnia bñdictionis de glīficatio
ne bonorū. Nā ſummi iudicis bonitatē magnificā ⁊
largitatē munificā magis decet ꝯferre ſtipēdia ꝙ̄ in
ferre ſupplicia. Prio igit̄ contēplanda eſt ſnia bñdictionis de
lectabilis: deſiderabilis et honorabilis: in honorē ⁊ gliam bea
torū. De qua dr̄ Mat.xxv. Tūc dicet rex his q̄ a dextris eius
erūt. Venite bñdicti pr̄is mei ꝑcipite regnū qđ vobis paratū
Matth. eſt a cōſtitutiōe mūdi. hec eſt ſnia dulciſſima totis precordijs
xxv. et deſiderijs appetēda. In q̄ tāgit̄ triplex bñdictio bonorum.
Prima eſt benedictio amoroſe inuitationis. cū dicit. Venite.
Bono- Secunda eſt benedictio gratioſe cōmendationis. cuꝫ dicit be
rum tri nedicti patris mei.
plex bñ Tertia eſt benedictio glorioſe remunerationis. cum dicit per
dictio. cipite regnum ⁊c.
Prima. ¶ Prima eſt benedictio amoroſe inuitationis. qñ. ſ. leta facie
Scđa. et hylari vultu ad partē dexterā ſe vertēs aſpiciet ſuā dulciſſi
Tertia. mam matrē ceteroſqꝫ oēs electos. Poſſumuſqꝫ deuote cōtēpla
ri eū ſic dicturum. O genitrix mea venerāda et digniſſima re
gina celorū. Ecce iā tp̄s eſt vt cūctis inoteſcat gloria tua: ⁊ me
ritorum tuorū magnificētia copioſa. Et ap̄lis dicet. O diſcipu
li ⁊ filij ac fratres mei dilecti q̄ oīa reliquiſtis ꝓpter me ⁊ pau
peres et peregrini per orbē terrarū fideliter laboraſtis: et tan
dem mortem patienter ſuſtinuiſtis. Et vos ferventes marty
res qui pro meo amore tormenta grauia ꝑtuliſtis. Et vos ſan

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cte virgines que ſctā caſtitatem tantopere amaſtis. Et vos o ſctiſſimi cōfeſſores q̄ corpa veſtra dura penitētia maceraſtis. O vos oēs ſcti religioſi q̄ propter me ꝓpriā volūtatē abnegaſtis. O vos deniq̄ amici mei q̄ mie opera ꝓximis exhibuiſtis. Venite ad me fontē oīm bonorū: ad me ſummū gaudiū: ad me ſummā pulchritudinē: ad me ſummum ſolatiū. Venite inq̄ ad fontē vite: lucē eterne glorie: ⁊ torrentē amenitiſſime voluptatis. Tripliciter dñs nos inuitat.

Notandū aūt ꝙ dominꝰ tripliciter nos inuitat. Primo ad gratie benignā perceptionē: ⁊ hec eſt dulcis inuitatio que ponitur Math.xi. Primo. Ubi dñs dicit. Venite ad me oēs q̄ laboratis ⁊ onerati eſtis.ſ. mole peccatorū ⁊ ego reficiā vos: per gratiā hec enim peccatricē aīam reficit ⁊ reparat que ꝑ pctm̄ defecerat et lapſa erat. Mat.xi. Scdo nos inuitat ad pleniorē gratie augmētationē ⁊ hec eſt dulcior inuitatio quā facit dñs Jo.vij. clamās. Si quis ſitit Scdo. veniat ad me ⁊ bibat. Qꝫ em̄ aliquis ſitiat.i. deſideret aquam Jo.vij. ſpiritualē gratie hoc eſt tā ꝑ gratiā preuenietē. gratia em̄ quouſq̄ fuerit cōſummata in gloria ſemꝑ ſitim ſpiritualē facit. Jō dicit dñs. Si quis ſitit qꝛ videlꝫ tā expertꝰ eſt aliqualiter dulcedinē aque ſpiritualis: iō amplꝰ deſiderat. Veniat ad me ⁊ dabo ei aquā viuā que fiet in eo fons aque ſalientis in vitā eternā vt dr̄ Jo.iiij. Unde apo.vl. Et ſponſus ⁊ ſponſa dicunt veni q.d. Et xp̄s ſpōſus et tota celeſtis curia amicabiliter inuitant quēlibet noſtrū.d. veni. Et q̄ hanc inuitationē interiꝰ perceperit nō debet eſſe cōtentꝰ ꝙ ſolus venit. Jō ſubdit. Et qui audit dicat veni. ⁊ qui ſitit veniat. ⁊ qui vult accipiat aquā vite gratis. Audiamꝰ chariſſimi audiamꝰ nūc has duas primas inuitatiōes gratie vt tādē audire mereamur inuitationē illā glorie.

Tertio inuitat ad grē cōſummationē.ſ. ad eternā gloriā q̄ eſt Tertio. gratia cōſummata. Et ſic in iudicio inuitabit electos.d. venite O dulce venite. O vox dulcior ſuꝑ mel ⁊ fauū. O inuitatoriū gratioſiſſimū amoroſiſſimū ⁊ iocūdiſſimū. O inuitatoriū nulla obliuione delēdū: omni affectione appetēdū: ⁊ tota intentione querendum. Venite inq̄ vos q̄ fuiſtis humiles ſerui mei mihi humiliter obſequēdo milites mei ſtrenui pro me virtualiter dimicando: fideles amici mei ſinceriter diligēdo. venite inq̄ vt pro veſtris meritis honoremini.i. vt mecū in ꝑpetuū viuatis vt mihi inſeparabiliter vniamini ſicut membra capiti: ſicut amici amico ſuauiſſimo ſicut ſpōſa ſponſo ſuo dulciſſimo. Venite inq̄ Omnia em̄ parata ſunt: venite ad nuptias. Et tunc q̄d facient



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

miſeri reprobi quando nō vocabuntur. Anguſtiabūtur quippe vehemēter et dicēt. Ue nobis cur nati ſumus. Ue qꝛ vocati ſunt illi ⁊ nos nō vocamur quinimmo ſentētiā horribilē dānationis expectamus. Tūc itaqꝫ cum multa amaritudine dolebunt. Tū propter benedictionis illius priuationē. Tuꝫ ꝓpter ſuorū demeritorū prolationē. palā eñ erit oibus qm̄ ꝓpter ſua demerita indigni ſunt tali inuitatione. Tū etiā propter horrēde maledictionis expectationē. ¶ Scḋa eſt benedictio gratioſe cōmendationis. Cum dicit benedicti patris mei: benedicti inqꝫ bn̄dictione gratie ⁊ glorie ſempiterne patris mei qui benedixit vos ſpūali benedictione ſicut elegit vos in xp̄o vt eſſetis ſancti ⁊ imaculati in conſpectu eius vt dꝛ eph. j. O cōmendatio gaudioſa ⁊ amabilis: dulcoroſa et honorabilis verax ⁊ irreprehenſibilis. Cōmendatio inqꝫ inextimabilis dulcedinis cōmendari ab ipſo ſummo deo: ab eterno iudice: a dn̄o maieſtatis et rege glorie qui nec mētiri poteſt: nec falſo blandiri: aut adulari Nō talis eſt humana cōmendatio qm̄ hoies ſepius in ſuis extimationibus decipiunt: ſepe laudat hō vituperādos ⁊ vituperat cōmendādos qꝛ ſolum vidēt hoies ea q̄ patent: deus auteꝫ intuetur cor. vt dꝛ. j. re. xvj. vera igitur laus illa que eſt a deo Tūc ergo laus erit vnicuiqꝫ a deo. vt dꝛ. j. cor. iiij. bern̄. Magnus laudator ⁊ vehementer ambiēda laudatio. felix cōmutatio laudis vbi ⁊ laudare btm̄ eſt et laudari. hec ille. Laudabūtur eñ bti a deo ⁊ deum ineternū collaudabūt. Dicet ḡ eis dominus illud pſal. Bn̄dicti vos a dn̄o q̄ fecit celū ⁊ terrā. Benedicta tu mater mea veneranda: benedicti vos oēs electi mei. O qꝫ gratiſſima: qꝫ dulcis ⁊ iocunda hec tā honorabilis cōmendatio electis oibꝰ. Sed o qꝫ grauis ⁊ anxia erit reprobis. certe nemo ſufficiēter diceret. Sicut aūt euangeliū teſtatur Mat. xxv. Cōmendabit dn̄s electos precipue pro miſericordie operibus. vbi iuxta textū euāgelicū contēplanda eſt triplex veritas. Pria eſt veritas cōmendatiōis. qꝛ dicet eis. Eſuriui et dediſtis mihi mādu care. Ergo frange eſuriēti panē tuū vt hr̄ Iſa. lviij. Sitiui ⁊ dediſtis mihi bibere. Ergo ſi inimicꝰ tuus ſitit potū da illi vt dꝛ. Ro. xij. hoſpes erā et nō collegiſtis me. ergo hoſpitales inuicem ſine murmuratione vt dꝛ. j. pe. iiij. Nudus ⁊ cooperuiſti me. ergo cū viderꝭ nudū operi eū et carnē tuā ne deſpexeris vt hr̄. yſa. lviij. Infirmus erā ⁊ nō veniſtis ad me. ergo non te pigeat viſitare infirmū. vt dꝛ eccl. vij. In carcere erā ⁊ viſitaſtis

Bern̄.

Math. xxv.

yſaye. lviij.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

me ergo viſita incarceratos exemplo illius ethyopis eunuchi de quo legitur hiere.xxxviij.q hieremiaz prophetā viſitauit in carcere. Et per p̄dicta intelligitur ſeptimū opus mie quod eſt ſepelire mortuos. Et per iſta intelliguntur opa miſericordie ſpiritualia. Et ſecundum quoſdā non erit adhuc cōmemoratio ſiue cōmendatio niſi q͛ oēs ſcient merita ſua. Scđa eſt veritas humiliatiōis. Iuſti em̄ tāta gloria ſe indignos reputantes reſpondebunt dicentes. Dn̄e qn̄ te vidimus eſurientē ꝛc. hec aūt dicent non dubitando ſꝫ admirando ſuper tāta dei clementia. Chriſ. O humilitas q̄ nec poſt mortē deficies. hō em̄ malus ēt falſis honoribus delectat̄. vir autē bon⁹ etiā ſibi debitā laudē fugit ſic ꝛ ſancti debitā ſibi laudeꝫ repellētes dicēt qn̄ te vidim⁹ eſurientem. ꝛc. hec chriſ. Et ſcđm remigiuꝫ ita in cōſocijs ſuis r̄ndebunt nō dubitantes ſꝫ ſtupentes pro magnitudine maieſtatis regis. Tertia eſt veritas approbationis. Nā iudex reſpō debit illis. Amē dico vobis q̄diu feciſtis vni. ꝛc. Chriſ. Putas q̄to gaudio extolluntur ſancti qn̄ in cōſpectu oim̄ angeloruꝫ quod fecerunt hoībus fatetur dn̄s ſe accepiſſe. hec ille. Et vide mirabilem dei bonitatē: q͛ minimos vocat fratres ſuos et quod eis fit acceptat: ac ſi ipſi eidē factū eſſet. Nō ē aūt intelligendū electos ſolum eſſe cōmendādos pro miſericordie operibus ſuis ſꝫ etiā pro alijs virtutum opibus. Spāliter tn̄ facit dominus in euan. mētionē de opibus mie ꝓpter tres rōnes. Prīa eſt ꝓpter impletionē diuine ꝓmiſſionis. q̄. ſ. miſericordibus miam repromiſit. mat. v. Beati miſericordes qm̄ ipſi miſericordiam cōſequentur. Scđa propter declarationē iudicialis conditionis vt ſcilꝫ per hoc oſtendat̄ q quicumq; in diuino iudicio ſaluabitur magis ex dei miſericordia q̄ ex ſuis meritis ſaluabitur. ꝛ ei ſoli q̄ miam fecerit miſericordia concedet̄. Tertia ꝓpter approbationē melioris opationis. Si em̄ opa tam facilia ꝛ ad que rō naturalis inclinat tāta cōmendatione referuntur ꝛ tāto p̄mio remunerabunt̄ q̄to magis ea q̄ ſunt difficiliora et meliora. ¶ Tertia eſt bn̄dictio glorioſe remunerationis cū di. Poſſidete regnū ꝛc. regnum inq̄ vobis ꝓmiſſuꝫ. diu deſideratum. humiliter requiſitū. hec eſt glorioſa ꝛ honorifica poſſeſſio. Iō regni noīe deſignat̄. ſap. v. Accipiēt regnū decoris ꝛ dyadema ſpeciei de manu dn̄i vn̄ dicet eis. Uos eſtis q̄ p̄manſiſtis mecū in tētationib⁹ meis. Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi p̄r me⁹ regnū vt edatis ꝛ bibatis ſup mēſam meaꝫ in re

Chriſ.

Remigius.

Chriſ.

math.v

Sapi.v



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gno meo. Unde hʒ luce.xxij. de hmoi regni adeptione gratias
apoc.v. agunt deo omnes ſancti dicentes illud apoca.v. Redemiſti nos dñe in ſanguine tuo ex oi tribu ⁊ lingua ⁊ populo ⁊ natione et feciſti nos deo nro regnū. O ꝙ glioſum eſt regnū in ꝗ cū xpo regnāt oēs ſancti in ꝗ eſt ois iocūditas: ois ſuauitas: ois bonor: plenitudo: ois pax: oia cōcordia: ois ſatietas: oē deniꝗ bonū. Nullū proſus incōmodum: nulla triſticia: nullus labor: nullū faſtidium: nullus error: nulla diſcordia: nullū deniꝗ malū. Eſt inꝗ regnū ſumme deſiderabile. Tū qr ſūme delectabile, ꝓpt omnimodā iocunditatē. Tū qr ſumme honorabile. ꝑpter ineſtimabilē dignitatē. Tū qr prorſus interminabile. ꝑpter durationis perpetuitatē. O igit pctores iſenſati. Cur nō conamini regnū illud acquirere cui ꝑfecto totus iſte mundus cum omnibus ſuis oblectamentis in nullo cōparari poteſt.

SEcundum eſt miſteriū ſumme formidabilis maledictionis. Qn ſcʒ iudex eternus facie terribilis ad ſiniſtram aſpiciēs ꝓferet illud tonitruū grande ⁊ horrende maledictionis ſententiam cōtra impios.d. Ite ma
ps. ledicti in ignē eternū qui paratus eſt diabolo ⁊ angelis eius. Tūc (ſicut ait ps.) loquet ad eos in ira ſua. O ꝙ terribile erit vocē illā audire Amos.iij. Leo rugiet quis non timebit? Et
Augu. aug ſup.io. Qui ceciderunt ad vocē vnā xpi morituri quid facient ſub voce iudicaturi? Certe tūc vox dñi erit in virtute vox dñi in magnificentia: vox dñi cōfrigētis cedros: nam tunc confriget dñs cedros libani.i. ſupbos et elatos eiꝰ inimicos ꝗ mox vt honorificati fuerunt ⁊ tanꝗ cedri exaltati deficiētes quemadmodū fumꝰ deficiēt .cuz.ſ.in hoc iudicio humiliati fuerīt a dño ⁊ ꝗſi penitꝰ ad nihilū redacti cū dicet eis. Ite maledicti ⁊c.
Chriſo. Chriſo. Ite maledicti nō a pre meo neꝗ eñ ipe vos maledixit ſʒ opa ꝑpria in ignē eternū ꝗ patus eſt nō vobis ſʒ diabolo et angelis eiꝰ.qr vero vos ipos in ignē miſiſtis vobiſipſis iputate. hec chri. In pmiſſa aūt ſnia cōdenatiōis triplex tangit vehementer formidāda maledictio totis animi viſceribꝰ precauēda. ¶ Pria eſt maledictio cōfuſibilis reiectiōis. Dū dicit: ite. Scda maledictio terribilis exprobrationis. Cū di. maledicti. Tertia ē maledictio irremediabil' punitiōis. Cū di. i ignē. ⁊c.
Chriſ. ¶ Pria eſt maledictio cōfuſibilis reiectiōis. Cū di. Ite. chriſo. Quaſi ꝗ nō ſufferat pſentiā illoꝝ vel aſpicere ſic dic. Diſcedite a me. Nā deꝰ ꝗ in ſanctitate delectat aiarum peccatrices aias

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

aſpiciēs q̄ſi grauat⁹ nō ſuffert.tanq̄ſi dicat eis q̄ſi putredo et
ſpurcitia eſtis:nec tandiu vos ſuſtineo q̄diu ſtatis in iudicio
meo.hec ille.O q̄ durū verbū.Ite diſcedite a me. Aſpera vox
Ite vox eſt bn̄dicta Uenite.ber. O q̄ graue: q̄ immite:a ſini- Ber.
ſtris erit.Ite. Cum a dextris vos venite:dicet rex largitoꝛ vite.
Tūc ſicut dr̄ i cō ,puer.Qđ ſibi q̄lq̄ ſicut p̄ſentis tp̄e vite.hoc
ſibi meſſis erit dū dixerit Ite.Uenite.O q̄ formidādavox Ite.
Et vere hāc vehemētiſſime formidare debem⁹ cū di.ſal.math.
vij.Multi dicēt mihi in illa die.Dn̄e dn̄e nōne in noīe tuo pro mat.vij
phetauimus ⁊ demonia eiecim⁹ ⁊ v̄tutes multas fecim⁹.Et tūc
ꝯfitebor illis dicēs q: nūq̄ noui vos Diſcedite a me q̄ operami
iniq̄tatē.O q̄ grauis ⁊ āxia diſceſſio. O q̄ ꝯfuſibilis reiectio.
Tūc ſiq̄dez appebit illi⁹ ſeueritas magis cui⁹ nūc iptz mia co-
pioſa.Certe nēo ſcit q̄ diſtrictū erit hoc iudiciū:q̄ terribil' ⁊ ſe-
uera ſentētia.hoc iudiciū tremēs.pſ̄.dicebat.Nō itres in iudi pſ̄.
ciū cū ſuo tuo dn̄e q: nō iuſtificabit in ꝯſpectu tuo oīs viuens.
Multi certe nūc iuſti credunt ⁊ ſe bonos arbitrant q̄ tūc repro-
bi inuenient.Multa nūc bōa ⁊ meritoꝛia reputant q̄ appēſa li
bra diuie iuſticie dānabilia videbunt.Jō ſicut di.gre. Juſti oē Grego.
qđ agūt metuūt dū tm̄ ꝯſiderāt añ q̄tū iudicē ſtabūt.vñ.j.pe.
iiij.Si iuſt⁹ vix ſaluabit ip̄i⁹ ⁊ pctōꝛ vbi parebūt.¶Scđa ē ma
ledictio terribilis exprobratiōis.Cū di.maledicti.O q̄ ignomi
nioſa exprobratio:q̄nti q̄ppe honoꝛis eſt ab oꝛe eterni iudicis cō
mēdari tāte ꝯfuſiōis eſt ⁊ opp̄robrij ab eo increpari.Nūc q̄ppe
de⁹ offendit ⁊ tacet.dehonoꝛat a pctōꝛib⁹ ⁊ diſſimulat:cōtēnit
in preceptis ſuis ⁊ ſuſtinet.nō punit:nō rigoꝛē iuſticie exercet
ſz multiplr̄ miaz exhibet.Tūc p̄o rigoꝛē iuſticie manifeſtabit: yſa.xlij
tunc palā arguet ⁊ exprobrabit.yſa.xlij. Tacui:ſemp ſilui:pa-
tiēs fui q̄ſi ꝑturiēs loquar.exprobrādo.ſ.pctōres miſeros ⁊ ma
ledictionē eis inferēdo.O q̄ intolerabilis erit cōfuſio in coꝛdi
bus in ſupbia obſtinatis ⁊ tumidis impioꝝ ab oꝛe tāti iudicis
in cōſpectu multitudis infinite maledictionis iacula ſuſtinere.
Inflatus q̄ppe ſpiritus hoīs adhuc in carne viuētis plus elige
ret ⁊ tolerabilius ſuſtineret graui pena ſenſibili torq̄ri q̄ male-
dictiōib⁹ ⁊ opprobrijs obiurgari.q̄nto igit tūc erit reprobis illis
ꝯfuſio grauiſſima cū eos etern⁹ iudex in ꝯſpectu tāte multitu
dinis tā aſpere icrepabit:exprobrabit aūt eis p̄cipue tria. Pri
mo mala q̄ ꝯmiſerūt.Eccl.xlj.Ue vobis ip̄i q̄ dereliq̄ſtis legē Eccleſ.
altiſſimi.⁊c.⁊ ſeq̄tur.In maledictione erit ps veſtra.dicet itaq̄ xlj.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

O maledicti ſuperbi rebelles et inobedientes preceptis meis.
O maledicti auari qui me contēpto terrenis adheſiſtis: vſura
rij: raptores: fures: fraudulenti qui propter amorem mūdi tot
mendacia ⁊ tot fallacias cōmiſiſtis. O maledicti fornicatores ⁊
adulteri qui more porcino carnis voluptates q̄ſiuiſtis. O ma-
ledicti blaſphemi ⁊ piuri q̄ deū nō timuiſtis. O maledicti inui
di detractores et iracundi qui fraternam charitatem violaſtis
O generaliter maledicti oēs ⁊ ſinguli pctōres qui pctm̄ elegi
ſtis quod deo eſſe abominabile ſcire debuiſtis. Nā vt dicit ps.
Maledicti qui declinant a mādatis tuis. Secundo exprobra-
ps. bit bona que omiſerūt quaſi dicens cuilibet eorū illud Mat.
xxv. Serue male ⁊ piger. Inter bona aūt omiſſa ſpecialiter exp
Matth. brabit opera miſericordie vt habet Mat. xxv. d. Eſuriui ⁊ nō de
xxv. diſtis mihi manducare ⁊c. Ubi eſt contemplanda triplex veri
tas. Prima eſt veritas exprobratiōis cum dicit. Eſuriui et nō
dediſtis ⁊c. vſqꝫ ibi. et non viſitaſtis me. Obijcitur autē ſpecia
liter damnatis omiſſio operum mie vt ſic palā cōfutentur vt in
digni mia q̄ miam nō fecerunt. Leo papa ſer. de apparitione.
In illo ſummo iudicio tanti extimabitur vel largitatis beni-
Leo pa. gnitas vel tenacitatis impietas vt pro plenitudine omniū vir
tutum ⁊ pro ſumma oim cōmiſſorū ⁊ per vnū malū iſti in ignē
mittentur eternum per vnum bonū illi introducunt in regnū
hec ille. Cōſiderandū etiam in hoc ſicut dicit gre. Si tanta pe-
na multatur qui ſua nō dediſſe cōuincitur: qua pena feriendus
Grego. eſt qui aliena redarguit abſtuliſſe. q. d. Si tm̄ punit qui eſuriē
tē non pauit: q̄to ergo qui vſuris et rapinis eſurientes fecit?
et ſic de alijs. Scda eſt veritas lamentationis ibi. Tunc rn̄de
bunt et ipſi dicentes. Dn̄e qn̄ te vidimus ⁊c. vſqꝫ ibi ⁊ nō mini
ſtrauimꝰ tibi breuiter repetūt: q̄ vt dicit orige. Malorum ⁊ ſu
perborum eſt culpas ſuas excuſationis cauſa aut nullas eſſe
Orige. oſtēdēre: aut leues: aut paucas. Tertia eſt veritas confirmatio
nis. q̄ tunc reſpondebit illis. d. Amē dico vobis ⁊c. vſqꝫ ibi nec
mihi feciſtis. Tertio exprobrabit eis beneficia que a deo re-
ceperunt ſcꝫ beneficium creationis. q. d. cuilibet eorū illd deu
teron. xxxij. Deum qui te genuit dereliq̄ſti ⁊ oblitꝰ es dn̄i crea
Chriſo. toris tui bn̄ficiū ⁊ gubernationis et inſtructionis ꝑ angelos: ꝑ
ſuper patriarchas et prophetas: per apoſtolos ⁊ tot ⁊ tantos eccleſie
matth. ſanctos doctores beneficiū etiam redēptionis exprobrabit di
cens illud vel ſimile qd Chriſ. ſup Mat. ait. Ego ꝓpter vos hō

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

factus ſum alligatus:deriſus:ceſus τ crucifixus. Ubi eſt tanta
rum iniuriaꝝ meaꝝ fructus? Ecce preciū ſanguinis mei quē
dedi ꝑ redēptione vr̃a. Ubi eſt ſeruitꝰ quā mihi pro tanto pre
cio feciſtis? Ego ſup gloriam meā vos habui cū eſſem deus ap
parēs hō τ viliorē me oībus rebus veſtris habuiſtis. Nā rem
viliſſimā terre amplꝰ dilexiſtis ꝙ iuſticiā meā τ fidē. hec chri.
O ſcelerati τ ingrati pctōres qd mali feci vobis? quid ꝑ ſalute
veſtra facere debui quod non feci? Uidete caput meū ſplēdidū
hoc eſt illō qō pro vobis ſpinis fuit coronatū: faciē meam nūc
ſole lucidiorē habui fetidiſſimis ſputis pro vobis deturpataȝ.
Corpus hoc glorioſum quod inſpicitis pro vobis fuit dure fla
gellatū τ in cruce cōfixū. Ecce ſigna: aſpicite loca clauorū. Aſpi
cite manꝰ: aſpicite pedes: aſpicite latꝰ. ¶ Tertia eſt maledictio
irremediabilis punitiōis cū dicit in ignē eternū. Matth.iij. pa
leas cōburet igne inextinguibili. Et deut.xxxij. Ignis ſuccen= Mat.iij.
ſus eſt in furore meo τ ardebit vſqꝫ ad inferni nouiſſima deuo Deut.
rabitqꝫ terrā cum germine ſuo id eſt homines terrenos τ mon xxxij.
tium fundamenta comburet.i.ſuperbos. O examē horrendū.
O tremēdum iudiciū. O ſentētia diffinitiua modis oībus me
tuēda locis oībus meditanda: ac totis viribꝰ declinanda. Tūc
enim quis eā poterit expectare? quis poterit illam ſuſtinere?
Jlla cum prolata fuerit: nulla poterit potentia infirmari: nulla
ſapientia reuocari: nulla prece vel precio mitigari: nec ab ea ad
aliū iudiceȝ poterit appellari. O ꝙ terribilis eſt ſententia illa,
ꝙ formidabilis: ꝙ poſtremo deſolabilis: omni quidē amaritu
dine plena: ac omni penitꝰ remedio priuata. Quod vtiqꝫ euidē
tiꝰ cōſiderare poterimꝰ in ſingula illiꝰ ſententie verba ſicut pō
deranda merito ſunt ſi ea cordis ſtatera ponderemus. Cogi=
temus itaqꝫ τ conſideremus quoniā reprobi videntes ſe nō vo
catos ad regnum cum bonis poterunt ita dicere cum anxio ge
mitu et amaritudine. Heu domine nō ſumus digni poſſidere re
gnum tuum eternale tamen ex tua benignitate et pietate con
cede ſaltem ꝙ ad pedes tue maieſtatis poſſimus ſtare. Tunc
ergo iudex iratus precipit eos a ſe abijci.d.ita.diſcedite a me.
Secundo poterūt dicere. Eheu dn̄e τ ſi nos infelices a te repel
lis tamen in noſtro receſſu benedictionem tuam nobis tribue
Contra ſubdit terribilem maledictionem.d.maledicti.i.malis
perpetuo additi.q.d.nullaȝ habebitis benedictionem ſed om
nimodam maledictionem. Tertio poterunt dicere. O immen=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſa pietas ſi tñ tua maledictiõe nos repellis: ſaltem in loco re-
frigerij nos collocare digneris. At contra acerbiſſime pene in
carcerationem infert. d. in ignẽ. q. d. nullum prorſus vobis erit
refrigeriũ ſed in igne acerbiſſimo eritis. Quarto ſi dicant. heu
heu dñe rex pietatis ⁊ mĩe ⁊ ſi in tali acerbiſſimo igne nos pre
cipis cruciari ſaltẽ nobis ſtatue breuẽ terminũ. Contra ſubiũ
git eternuꝫ. q. d. nunꝗ inde recedetis. Quinto ſi lachrymabi
liter ſubdãt. O o o ſi in tãtis ſumus cruciatibꝰ eternaliter per
manſuri ſaltem principẽ ⁊ rectorẽ nobis tribue q̇ nos humani
ter gubernet. Contra ſup eos ſtatuet dyaboli dñationem. d. q̄
paratus eſt dyabolo. Ulterius ſi gemẽtes, ⁊ vlulãtes dicãt. O o
o iuſtiſſime ⁊ miſericordiſſime iudex. Si talẽ nobis p̄ficis dñato
rẽ ſaltẽ nobis gratã exhibe ſocietatẽ vñ aliquã habere poſſimꝰ
cõſolationẽ modicã. Cõtra ſubiũgit demonũ aſſociationẽ. d. et
angelis eiꝰ. O cõſortiũ atqꝫ tormẽtum horribile ad imaginan
dũ: horribiliꝰ ad vidẽduꝫ ſed horribiliſſimum ad ſuſtinendum.

T Ertium eſt myſteriuꝫ prorſus ineuitabilis executio
nis q̇ ibunt hi. ſ. reprobi in ſuppliciũ eternuꝫ. Juſti
aũt in vitã eternam. Ubi tãgunt̃ tres ſpeciales exe
cutiones. Prima eſt executio ſumme deſolationis
diſceſſionis: cum dicitur. Ibũt hi. Secũda eſt executio ſumme
miſerabilis afflictionis. cum dicit in ſup. eter. Tertia eſt execu
tio ſumme conſolabilis introductionis cũ dr. Juſti autem in vi
tã eternã. ¶ Prima eſt executio deſolatorie diſceſſionis q̇ Ibũt
hi. ſcilicet reprobi. i. diſcedent a deo ⁊ ſanctis. Et nota licet priꝰ
ſit poſita ſententia tã ꝓ bonis ꝙ cõtra malos tamẽ in executio
ne prius noiatur pena malorũ ꝙ gloria bonorum. Judicis em̃
ſumme boni proprium eſt prius ⁊ magis recordari bona facta
bonorum ꝙ mala malorum. Sꝫ prius in executione nominat̃
pena vt nos prius que timoris ſunt mala euadere ſtudeamus
Poſtmodum vero que ſunt honoris dona appetere diſcamus.
Uel quia reprobi ex condigno dãnatiõis ſue ſupplicia merue
runt. Electi vero gloriã magis ex dei mĩa ꝙ ex ſuis meritis ob
tinebunt. Iteꝫ prius mundus purgandus erit reprobos expel
lendo omneſqꝫ mundi feces et fetores cũ eis in baratrum de
uoluendo vt ſcilicet mundus pulcher ⁊ nitidus remaneat ad
conſolationem electorum. Separabuntur ergo primo reprobi
a conſortio bonorum. Erit autem hec ſeparatio pena ſibi gra-
Chriſo. uiſſima, vnde chri, ſuper illud Math. vij. Omnis arbor que nõ

facit fructum bonum excidetur.d.Horrendum eſt gehenne ſup
plicium et res intolerabilis tamen ſi decies mille gehennas po
nat aliquis nihil tale dicturus eſt quale eſt ab illius beate glo:
rie propelli honore ⁊ xpo exoſum eſſe.hec ille. In hac autem re
proborũ ſeparatione triplex eſt priuatio inextimabiliter dam
noſa.Pria eſt priuatio celeſtis habitatiõis ⁊ hec eſt multũ dã
noſa.Excluſio videlicet a celo empyreo quod eſt lumĩoſiſſimũ Apoca.
et delectabiliſſimum.Nam ſicut dicitur apoca.xxi.Non intra: xxi.
bit in illam ſcilicet in ciuitatem celeſtem aliquid coinquinatũ
aut abominationem faciens ⁊ mendacium niſi qui ſcripti ſunt Apo.vi.
in libro vite et agni.Secunda eſt priuatio glorioſe aſſociatio
nis ſcilicet omnium beatorum Apoca.vltimo.Foris canes et
venefici et impudici et homicide et ydolis ſeruientes:et omnis
qui amat et facit mẽdacium.Tertia eſt priuatio diuine viſio Sa.xiiij.
nis et fruitionis quia ſicut dicitur ſap.xiiij.Sunt deo odio im:
pius et impietas eius.Ideo non poſſunt admitti ad viſionem Mat.v.
diuinitatis que etiam non videtur niſi mundo corde Mat:
thei quinto.Beati mundo corde quoniam ipſi deum videbunt
O q̃tus dolor:q̃ta anguſtia erit reprobis ſic a deo reijci.Nã
cum deus ſit ſummum et immenſum et infinitum bonum de
eius amiſſione erit ſummus dolor in reprobis.O q̃tus luct⁹
omnium:q̃tus vlulatus et gemit⁹:q̃ta doloris acerbitas:q̃ta
et q̃ ineffabilis eorum calamitas in illa actuali et perpetua ſe
paratione a dei gloria et conſortio beatorum.

¶Secunda eſt executio ſumme miſerabilis afflictionis:quia
in ſuppliciuʒ eternũ.Ubi triplex tangitur afflictio grauiſſima.
Prima eſt afflictio horribilis incarceratiõis cum dicitur etiam
Ibunt enim in terram tenebroſam et opertam mortis caligine
vbi vmbra mortis et nullus ordo ſed ſempiternus horror in: Math.
habitans.vt dicitur Job vigeſimo.Et mat.decimoquinto.Ser xxv.
uum inutilem eijcite in tenebras exteriores.pſ.Erubeſcãt im Pſ.
pij ⁊ deducantur in infernum.O q̃tus horror tunc eorum cor
da inuadet cũ tenebroſuʒ illũ carcerẽ introibũt ĩde nunq̃ egreſ Bern.
ſuri nunq̃ lumẽ viſuri.ber.O q̃d erit cũ ſe viderit illa miſerãda
cõditio omni cõſolatiõe nudatã in illas tenebras exteriores ex
cuti:et ab illa beatorũ eccleſia ꝑpetuo et communiõe excludi.

¶Secunda eſt afflictio intolerabilis cruciationis quia ibunt
in ſuppliciũ ſcʒ in ignẽ.pſ.Pones eos in clibanuʒ ignis in tpe Pſ.
vult⁹ tui dñe ĩ ira ſua cõturbabit eos ⁊ deuorabit eos ignis.Irẽ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ignis ſulphur ⁊ ſpūs procellarū ꝑs calicis eorū. Et apo. xxj.
Apoca. Timidis ⁊ icredulis ⁊ execratis et homicidis et fornicatorib⁹
et veneficis ⁊ ydolatris ⁊ oibus mēdacibus pars illorū erit in
ſtagno ardēti igne ⁊ ſulphure. qđ ē mors ſcđa. Et eze. xxij. Cō
gregabo vos in medio fornacis. ſuccendam vos in igne furo
ris mei. Sic ergo prolata terribili ſententia contra malos.
ſcilicet. Ite maledicti. ⁊c. potentiſſimus ⁊ rapidiſſimus flatus
ignis impios inuoluens ſubito pariter eos demerget in infer
num. Sic itaq̧ diabolus cum toto corpore ſuo ideſt innume=
rabili multitudine reproborum ſubito precipitabit in infer=
Gre. in moral. num ſicut ait Greg. in moral. exponens illud iob. Cunctis vi
dentibus precipitabitur. Quia eterno iudice tunc terribiliter
apparente: aſtantibus legionibus angelorū: aſſiſtente cuncto
miniſterio celeſtiū poteſtatū atq̧ electis oibus ad hoc ſpecta
culū deductis. Iſt belua crudelis ⁊ fortis. i. diabolus in me
dium captiua ded betur et cum ſuo corpore. i. reprobis omni
bus: eternis gehenne incendijs mācipabitur. cū dicetur. Ite
maledicti in ignem eternum. O quale ſpectaculum illud erit
quando hec immaniſſima beſtia electorū oculis oñdetur. que
hic tēpore belli nimis illos terrere potuerat ſi videretur. Sed
occulto ac miro dei conſilio hoc agitur vt etiam nunc per dei
gratiam non viſa vincatur a pugnantibus et tunc a letis vi
ctoribus iam captiua videatur. Tunc autem iuſti diuino ad
iutorio q̄ntum debitores ſunt plenius recognoſcūt: quando tā
fortem beſtiam viderint: quantam vicerunt et in hoſtis ſui im
manitate conſpiciunt quātum debeant gratie defenſoris. hec
Berñ. greg. O ſi vellemus cōtemplari quando ſepabitur impij a cō
ſortio iuſtorū ⁊ a viſione dei et in ignem illū infernalē deijcie
tur quanta erunt illorū lamenta: q̄ flebiles voces prorumpe=
remus certe in lachrymas. Ber. in med. Quiſputas tūc meror
erit: quis luctus: que triſticia: cum ſeparabuntur impij a cōſor
tio iuſtorū et a dei viſione: et traditi poteſtati demonū ibunt
cum eis in ignem eternum. Tertia eſt afflictio interminabi
lis durationis. qꝛ eternum. ibunt enim in ſupplicium eternū.
Iſa. xxxiiij. Iſa. xxxiiij. Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorā
te. quis habitabit de vobis cum ardoribus ſempiternis. gre.
Gre. in moral. in mora. horrendo modo tunc erit miſeris dolor cum formidi
ne. flamma cum obſcuritate. mors ſine morte. finis ſine fine.
defectus ſine defectu. qꝛ et ibi mors ſemper viuit: et finis ſem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

per incipit.et defectus deficere neſcit.Nõ venit ad metas mortis miſerabilis etas.
Neſcit finiri:ſemperq; videtur oriri.
Semper vexando:ſemper gemitus renouando.
O q̃ ſalubris ꝯſideratio.heu heu q̄d tūc dicturi ſunt reprobi. Certe illud ſap.v.Nos inſenſati errauim⁹ a via veritatis.Et ſequitur.Quid nobis ꝓfuit ſupbia:aut diuitiarū iactātia quid nobis cōtulit.Oia iſta quaſi vmbra trāſierūt.ꝛc.Sed heu heu remanſit q̄d ineternū cruciabit. O q̃ta eſt hoīs demētia ꝓ delitijs aut diuitijs terrenis reb⁹ trāſitorijs:hmōi perpetua corporis ꝛ aīe ſubire tormēta.Vn̄ chriſ.de reparatiōe lapſi dicit ſic.Dic q̃ta tpa luxurie:q̄ deliciarū ſpacia compari vis penis ſempiternis?Centū ſi placet annos dem⁹ delitijs:adde alios centū:adde ꝛ decies centū que erit ex his ad eternitatē cōparatio?Nōne oē tp̄s vite hui⁹ quo delitijs frui videmur ꝛ indulgere libidini quaſi noctis vnius ſomniū ad eternitatis cōparationē videt̄?Et igit̄ q̄s eſt qui vt vna nocte delectabile videat ſomniū eternas ſubire eligat penas et illud pro nobis recipere vel ꝓ his cōmutare?Quid dicem⁹ ad repoſitas penas? Quid dicemus adhoc q delitie velut vmbra trāſeūt ꝛ velociter fugiūt:pene vero eternal̄r manent? Etiā ſi equale tp̄s et idē ſpaciū delitijs eſſet poſitū ꝛ pene:eſſet aliquis ita ſtultus et demens vt eligeret pro vno die deliciarum vnū diem ſubire penarū:cū ſoleat dolor vnius hore ꝛ quilibꝫ corpis cruciatus in obliuionem mittere oē tp̄s preteritū in voluptate tranſactū hec chriſoſto. O eternum nunq̃ finem habiturum corporis et aīe tam grāde ſuppliciū.O mortis perpetue indicibile tormentum quid dicam de te neſcio nō em̄ pōt verbis exprimi:nec intellectu cōcipi:aut corde cōprehendi. Nam circa hanc eternitatem penarū deficit cogitatio:nullatenus attingit imaginatio.poſito em̄ q ſit vnus lapis de arena minutiſſima coagulatus et cōpactus tante quantitatis ſicut infra concauitatem vltime ſphere cōtineri poſſet. Et poſt milleſies mille annos per diuinā potentiā vna arenula de dicto lapide tolleretur. et deinde poſt milleſies mille annos adhuc vna et ſic conſequenter donec totus lapis in nihilum redigeretur:nunquid cōſumpto lapide eternitas p̄dicta erit reuoluta ſic q dānatorum aīe tunc a penis liberabūtur?Reſpondeo tibi et dico q perpetuitas illa vix tunc fuerit inchoata.Nam finiti ꝛ infiniti nulla eſt

Sap.v.

Chriſo.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ariſto. proportio vt habetur.viij.phiſicorum.Si enim hoc preſcirēt
viij.phi peccatores condemnati ꝙ dicto lapide conſumpto ab illis in
ſicorū. tolerabilibus quos ſuſtinent inferni cruciatibus deberent eri
pi:mirabiliter ſuper hac redemptionis die deberent ſperare
et ſperando gaudere quāuis poſt incomprehenſibiles annos
tardiſſime eſſet aduentura.Illa em̄ eſt maxima deſolatio etiā
carentia omnis ſpei.⁊ nunꝙ̄ a penis liberari.Iſa.xxxiij.Pecca
Iſa.xxx tor deſolabitur in ſecula ſeculorū.Ideo querit peccator deſpe
iij. ratus et gemens.hiere.xv.Quare factus eſt dolor meus per
hie.xv. petuus et plaga mea deſperabilis.Super quo prouer.xi.re
ſpondet ſapieñ.di.Mortuo hoīe impio nulla erit vltra ſpes
Intelligite hec qui obliuiſcimini deū ⁊ ad peccata curritis ne
infernus aliqñ vos rapiat et non ſit q̄ eripiat.Dic.chariſſime
frater:dic amice intelligis tu veritatē de hoc eterno ſupplicio
Sapis et ponderas exemplū de lapide tibi ſupius deſcriptuz
Dic ergo mihi quid de illo iudicas?quid de illo ſentis?Utꝗ
magis ſentias cogita varias terrarum ꝓuincias ⁊ imaginare
regiones ſingulas:⁊ perpēde fluuios ⁊ mare:mundū mēte cer
ne:⁊ totū perambula:aſcende vſꝗ ad celum et aerē tranſuola
iterum deſcende in abyſſum profunditatēꝗ conſidera:⁊ cōpo
ne in corde tuo ex minutis arenulis lapidē totū vltime ſphe
re ambitum replentez ⁊ huius lapidis imaginare magnitudi
nem et quantitatem:qua cordi aliter intellecta dic mihi amice
quid tu ſentis de lapide?Immo potius quid ſentis de perpe
tuis?q̄d de infinitis reproborū penis et morte?Puto ꝙ taliter
reſpondebis.Uere vere loqui neſcio,audiui et turbatus ſuz.
grandem rē intelligo:propoſitā veritatem video vñ admirari
non ſufficio. Quis nunꝗ non metueret?quis pre cordis anxie
tate penitus nō deficeret.qui mente tenus hunc lapidē rumi
naret⁊ infinitas peccatorū penas ſemper memorialiter reuol
ueret?Pone ergo hunc lapidem tanꝗ ſignaculū ſup cor tuuz
valde enim vtile tibi erit huius lapidis nunꝗ obliuiſci:quati
nus ſi diuinus amor te nō corrigit ⁊ reuocat a malis hmōi ſpe
culum pene interminabilis ſaltem te aliqñ cohibeat a pecca
Exēplū tis.huiuſmodi conſideratio conuertit fulconem maſſilienſem
de fulco qui poſtea factus eſt vir eximie ſanctitatis ⁊ epiſcopus tholo
ne maſſi ſanus.Ille em̄ narrat de ſeipſo dicēs.Cum eſſem ioculator et
lienſi. mundi vanitatibus deditus cepi ſemel cogitare de eternita-
te pene infernalis.Et dixi in corde meo.O fulco,ſi tibi propoſ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

neretur ſemꝑ iacere in lecto molli et delicato ita ꝙ inde nulla occaſione recederes nō poſſes hoc ſuſtinere. quō ergo ſuſtinere poteris iacere in illa pena eterna ⁊ intolerabili carceris infernalis ſi te cōtingat illuc demergi. hac ergo occaſione reliquí oīa et fact⁹ ſum monachus. hec ille. ¶ Tertia eſt executio ſumme conſolabilis introductionis. quia iuſti ibunt in vitam eternam. Spien.v. Juſti autem imperpetuum viuent et apud dominum eſt merces eorum. Et gala.vj. Qui ſeminat in ſpiritu de ſpiritu metet vitam eternam: bonum ergo facientes non deficiamus tempore enim ſuo metemus non deficiētes. Jn hac autem vita ſunt tres conſiderande conditiones pro nunc breuiter cōtemplande: de ea enim ſpirante deo ampliora dicturi ſumus infra in tractatu de celeſti gloria beatorum. Prima cōditio nunc contemplanda eſt inextimabilis bonitatis plenitudo. Eſt eñi in vita eterna plenitudo copioſa omnium bonorum. Bernarđ. Merces ſanctorū tam magna eſt ꝙ nō pōt menſurari: tam multa eſt ꝙ nō poteſt numerari: tā copioſa ꝙ non poteſt finiri: tā precioſa ꝙ non poteſt extimari. vnde pſ. Replebimur in bonis domus tue. O deus eterne ꝗꝫ dulciter et plene tunc fideles tui inebriabuntur ab hubertate domus tue. quoniā apud te eſt fons vite: fons indeficiens beatitudinis et glorie. hec eſt ciuitas dei noſtri bonis oībus adimpleta. quapropter ſcribitur Jſaie.xxxiij. Oculi tui videbunt hieruſalem ciuitatem opulentam. Jtem eiuſdem.xxxij. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiducie et requie opulēta. Secūda eſt inexplicabilis iocunditatis dulcedo. Jſa.xxxv. Uenient in ſyon cum laude et leticia ſempiterna ſuper capita eorum: gaudium et leticiam obtinebunt et fugiet dolor ⁊ gemitus. O ꝗ̄ta erit leticia quando nō ſoluꝫ in anima ſed etiam in corpore glorificabuntur. prouer vlti. Omnes domeſtici eius veſtiti duplicibus ideſt duabus ſtolis ſcilicet gloria anime et corporis. Certe illud mirandum ⁊ multiplex gaudium in cor hominis non aſcendit. Tunc cuiuſlibet beati gaudium plenum erit. Nam intus et extra. ſubtus et ſupra. immo circunquaqꝫ mirabiliter gaudebit. intus de puritate conſcientie. extra de corporis glorificatione. ſubtus de celi viſione et aliarum creaturarum pulchritudine et innouatione. ſupra de viſione dei. et circuncirca de angelorum et omniū ſanctorum iocunda et delectabili aſſociatione de quo

Cap.v.

Jn hac vita tres ſunt cōſiderande cōditiones. pria cōditio.

pſ.

Jſa.xxxiij.

Se da cōditio

Jſa.xxxv.

Prouer vlti.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rum etiam omnium et ſingulorum meritis congaudebūt. Ue re vere nemo poſſet cogitare quantum erit tunc gaudium in celis habitare et cum angelis regnare. De hac immenſitate gaudiorum dicit ber. in medi. Ibi totum leticia totuꝫ exultatio

Ber. in medit. poſſidet: homineſqꝫ angelis ſociati ſine vlla carnis infirmitate imperpetuum manebunt. Ibi iocunditas infinita. Tertia eſt interminabilis perpetuitatis certitudo. berñ. vbi. ſ. Ibi beati

Tertia ꝯditio. tudo ſempiterna in qua qui ſemel ſuſcipitur ſꝑ tenetur. Ibi re quies a laboribus. pax ab hoſtibꝰ. amenitas de nouitate: ſecu ritas de eternitate. Aug. Beatitudinem omniū bonorum cele ſtium perficit ſecuritas eterna que ſi ſola deeſſet: omnia bona celeſtia quantuncumqꝫ dulcia vaneſcerent et vileſcerent ex ti more amittendi, Ideo aſſecurando diſcipulos dicit dominus.

Io. xvi. Ioh. xvi. Gaudium veſtrum nemo tollet a vobis. Et prouer. j. Qui me audierit abſqꝫ timore requieſcet et abundātia perfrue tur malorum timore ſublato. O igitur ſtultiſſima mundanoꝝ malicia et peſſima eorum ſtulticia qui ſempiternis neglectis tē poralibus adherent. Incertis inſiſtunt certis omiſſis: potius ea querunt que modica vel magis nulla ſunt ꝙ maxima et inef fabilia celeſtia bona: voluntarie veram vitam fugiunt: mortē diligunt: ſpernūt bonū: deum contēnunt: demoni cōſentiunt. Chariſſime Cur proprio caput ēſe ſecas? cur ſpōte cathenas demonis incurris? Cur ſua iuſſa facis? Exurge: exurge: evi gila: relinque diabolum ne poſtea cum illo eternaliter damne ris. Cogita ſepius futurum dei iudicium: conſidera terribi lē illam et pluſqꝫ terribilem horrende maledictionis ſenten tiam ſuper obſtinatos peccatores inferendam. attende diligē ter infligende pene acerbitatem et durationem interminabilē et dum tēpus habes age de peccatis penitentiā ne poſtea velis nolis duriſſimam agas ſine fine penitentiam penitꝰ infructuo ſam. frequenter etiam meditare inextimabilem eterne conſo lationis dulcedinem quam beatorum cordibus ingeret vox illa ſuauiſſima domini dicentis. Uenite benedicti patris mei perci pite regnum inqꝫ glorioſum: regnum eternū. et toto cordis af fectu aſpirate ad tā ineffabile bonum. Mirum vtiqꝫ vehemen terqꝫ mirandum ꝙ homo qui rationis eſt particeps ſic a ratio nis iudicio cadit vt ſpernat ſalubria: affectet noxia: querat et deſideret mortifera. O deus eterne que cauſa talis dementie? que ratio tante fatuitatis et inſanie? Cur ſibi qđ tollit viuere

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

capt at homo. Uere vere abſq̃ conſilio eſt ⁊ ſine prudentia. heu
heu vtinam ſaperent homines et intelligerent. ac nouiſſima
prouiderēt. Amen

¶ Finis ſcdi nouiſſimorū videlicet de finali iudicio.

¶ Sequit̃ de tertio nouiſſimoꝝ videlicet de penis reproborū.

SIcut dicit ſapiēs eccle-
ſiaſtici primo. Timor dn̄i expellit peccatū nam Eccle.j.
qui ſine timore eſt non poterit iuſtificari. Uidet
aūt precipuū eſſe timoris incuſſiuum horrendū
infernale ſuppliciū. Quis em̄ non timeat. ſi cogi
tet penarū infernalium acerbitatem inexplicabilē: diuerſitatē
innumerabilē: atq̃ durationē interminabilē. horribilia quip
pe ſunt hec ad audiendū: horribiliora ad videndū: ſꝫ horribi
liſſima ad ſuſtinendū. Licet aūt timor proueniēs ex cōſidera
tione penarū infernalium ſeruilis ſit ad ſalutē non ſufficiens:
neceſſarius tn̄ eſt atq̃ multū vtilis. Un̄ di. beatus bona. in. iiij. Beat⁹
diſ. xxxiiij. q᷑ timor ſeruilis eſt a ſpūſancto ⁊ preparat ad ſpm̄ bonauē.
ſalutis. q᷑ vt di. aug. quē allegat magiſter in littera. Bon⁹ eſt
timor ſeruilis ⁊ vtilis per quē fit paulatim conſuetudo iuſticie. Aug.
Inſuper ſicut donū dei eſt noſſe ſiue credere penas futuras ꝑ
eo q᷑ eſt ibi quedā cordis illuminatio ⁊ directio: ſic donum dei
eſt illas refugere ⁊ timere ꝑ eo q᷑ ex tali timore eſt quedā cor
dis illuminatio ⁊ fluxus concupiſcētialis reſtrictio. Sic itaq̃ pa
tet qm̄ ad euitanda et fugienda peccata plurimū prodeſſe pōt
tormentoꝝ infernalium conſideratio. De horrendis autem hu
iuſcemodi tormētis q̄ dominus donauerit locuturo mihi tria
videntur in primis breuiter facienda priuſq̃ de penarū acerbi
tate ſpecialius diſſeramus.

iuxta illud iob. xxiiij. Ad calorem nimiū tranſibunt
Rñſio. ab aquis niuium. Frigus autez temperatiuum caloris ignis ⁊
ecōtra. Ad hoc dicendum ꝙ q̄uis ibi ſint elementorum cōtra
rie qualitates non tamen ibi habebunt mutuas actiones: nec
inuicē ſe ibi temperabunt in aliquo. Nam ardor ignis nō miti
gabit frigiditatē aque nec econtra. Hec autem aliquo modo ſi
Sa.xvj. gnata ſunt in flagellatione egypti in qua ſicut dicitur ſapieñ.
xvj. In aqua que omnia extinguit plus ignis valebat ⁊ infra eo
dez caplo. Nix ⁊ glacies ſuſtinebāt vim ignis ⁊ nō tabeſcebāt.
In inferno aūt ſimul affligunt ſupplicia contraria non ſucceſſi
ue. Dum autem ſic pena pene coexiſtit penarum cōfuſio plus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

affligit.Ideo dicitur iob.x.Ubi vmbra mortis ⁊ nullꝰ ordo.Sa Job.x.
ne q̄dem ibi erit ordo iuſticie vindicantis q̄r non decet deum q̄
ſumme bonus eſt permittere ꝙ ſit deordinatio culpe ſine ordi
ne iuſticie.Hic autem ordo req̄rit vt qui plꝰ peccauit grauiꝰ pu Apoca.
niatur.Apo.xviij.quantū glorificauit ſe ⁊ in delitijs fuit tantū xviij.
date illi tormentum ⁊ luctū.Et deut.xxv.Iuxta quātitatem de Deut.
licti erit ⁊ plagaꝝ modꝰ. Sicut ergo in domo patris eterni mā xxv.
ſiones multe ſunt ſicut dr̄ Joh.xiiij.ita eſt in inferno tormento Grego.
ruz diuerſitas.vn̄ gre.Gehēna cōbuis cunctis vna ſit:nō tn̄ oēs
vna ⁊ eadē quātitate ſuccēdit.Ipſe etiā grego.exponens illud
iob.xx.Iuxta multitudinē adinuētionū ſuaꝝ ſic ſuſtinebit:ait.
Qui multa inuenit ad culpam nouis cruciabit̄ inuentionibus
in pena.hec ille.In inferno itaq3 erit ordo diuine iuſticie vindi
cantis ſed nō erit ordo pene punientis.Unde reprobi ſimul et
ſemel intēperatiſſimū frigus ⁊ ardorē patient̄ qm̄ in eorū cul
pa ſimul inuēta ſunt ⁊ carētia caritatis ⁊ ardēs cōcupiſcētia vo
luptatis erit tn̄ grauior acerbitas penaꝝ ſcd̄m grauiorem mali
ciam ſuaꝝ culpaꝝ.Legit̄ ꝙ quidā noīe vdo quaſi quotidie ine
briabatur ⁊ voluptuoſe viuebat vtēs cibis ⁊ potibꝰ delicatis at Mirabi
tn̄ nūq3 aliqua bona opa fecit ꝓpter q̄ deꝰ ad eū miſit angeluz le exem
q̄ eū ſemel ⁊ bis monuit de emēdatiōe vite q̄r niſi ſe corrigeret plum de
nullomō ſaluari poſſet.Et tertio monuit eū angelꝰ dicēs.Si te vdone.
non emēdaueris in breui mala morte morieris et ſic diſparuit
Ipe tn̄ vdo nihil ſe emendauit:vna igitur die cū ebriꝰ dormiēs
eſſet mortuꝰ eſt.Et quidā eiꝰ famulꝰ qui bonus erat vidit aīaz
eiꝰ a demonibꝰ trahi ⁊ in infernū deduci.Et princeps demonū
ſurgēs obuiā illi iuit:⁊ collocari eū fecit ſup ſedē ignitam.⁊ iuſ
ſit ei dari potū ſulphure ⁊ igne mixtum dicens.q̄r in ebrietate
vixiſti hic potꝰ tuꝰ erit:princeps autez demonum fecit ſibi pa-
rari balneum de igne pice ⁊ ſulphure mixtum in quo ille miſer
balneatus eſt:⁊ dicit ei pñceps hoc balneum tuuz erit: q̄r bal Exēplū
neando ⁊ delicioſe viuēdo ſepius creatorē tuuz offendiſti. Ter de q̄da
tio fecit ſibi parari lectum ⁊ tūc fuit ꝓiectus in ꝓfundā foueā nobili
plenam igne fumo ⁊ fetore.et tunc dixit ei.Nunquid legiſti ⁊ paupe-
audiſti quod dominus per prophetam amos dicit. Ue q̄ dor- rū oppſ
mitis in lectis eburneis ⁊ laſciuitis in ſtratis veſtris hec ergo ſore ⁊ mū
erit requies tua in ſeculum ſeculi.Aliud exemplum narrat viri di ama-
darius de quodam nobili q̄ oppreſſor erat pauperum ⁊ mūdi tore.
amator. Hic dum quieſceret in lecto camerarius ſuus iacens

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ante camerā rapitur in viſione ante. thronū vbi accuſabatur dn̄s eiuſde oībus que geſſerat pro quibus accepit ſniam dām nationis et cū magno tripudio duct⁹ eſt a demonib⁹ ante luci ferū. Tunc lucifer ait. Adducite eū ad me vt dem oſculū fide li ſeruitori meo. Cui cum adductus fuiſſet dixit. Nunc ſit ti bi pax in ſecula ſeculorum. Et ait: ipſe cōſueuit balneari: duci te eū ad balneū. Cum aūt ductus fuiſſet ad balneum inferna le ⁊ vnguibus diabolorum penitus laniaretur: aliqui ignē ſu per eū fuderunt: eductus aūt de balneo poſitus eſt in lecto in fernali de q̄ yſa. xiiij. Subter te ſternet tinea ⁊ opimentū tuū

Iſaye. xiiij. erūt vermes. dicit lucifer. Date ei poſt balneū de calice ire dei: et ꝓpinatus eſt ei ignis ⁊ ſulphur q̄ eſt pars calicis eoꝝ. Qui dum clamaret dicit lucifer. Audire cōſueuit dulces ſympho nias: ſurgāt ſymphoniaci. Et ecce duo demōes cū tubis igneis ignem ſic in eū ſufflauerūt vt de oculis naribus ⁊ ore flāma ignis exiret. Lucifer aūt ait. Adducite eū ad me. Et adducto ait. Cantaſti cātiones: cāta mihi vnā. Et ille dixit. Quid cāta bo niſi maledicta dies in qua natus ſū? Et lucifer. Cāta me liorem. Et ille ait. Quid cantabo niſi maledict⁹ pater q̄ me ge nuit: ⁊ maledicta mater que me portauit. Et lucifer dixit. Cā ta adhuc meliorē. Et miſer ille dixit. Quid cātabo niſi ꝙ ipſe deus ſit maledictus q̄ me naſci fecit? hoc eſt ait lucifer qđ vo lebam. Ducite ergo eū in ſedē quā meruit. Qui ꝓiect⁹ eſt ad vnum puteū: ⁊ factus eſt talis ſtrepitus ac ſi tot⁹ mūdus cade ret. Ad quē ſtrepitū euigilās camerari⁹ ſtati cucurrit ad came ram domini: et dominum mortuū inuenit: narrata ꝗ viſione religionem intrauit. hoc viridarius.

Triplex eſt pena rum infernaliū generalitas.

# Nona principalis conſi

deratio infernalis acerbitatis declaratiua eſt cō ſideratio gn̄alis. Torquent em̄ dānati gn̄aliter et multiplr immo innumerabiliter. Eſt autem tri plex penarū infernalium generalitas.

Prima eſt generalitas penarum innumerabilium.

Secunda eſt generalitas creaturarum affligentium.

Tertia eſt generalitas partium ſuſtinentium.

Prima generalitas.

PRima igitur eſt generalitas penarum innumerabiliū. Sunt em̄ eorū pene innūerabiles. Unde quilibet eoꝝ dicit. Circundederūt me mala quorū nō eſt nūerus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et iob.xx. Omnis doloꝛ irruet in eum .i. in damnatum. Et Job. xx.
deut.xxxij. Congregabo ſuper eos mala ⁊ ſagittas meas cō Deute.
plebo in eis. Et grego. ſup illud math.viij. Eijcientur in tene xxxij.
bꝛas exteriores ſic dicit. In inferno erit frigus inſuperabile: Greg.
ignis inextinguibilis: vermis immoꝛtalis: fetoꝛ intolerabilis:
tenebꝛe palpabiles: flagella cedentium: hoꝛrida viſio demonū
cōfuſio pctōꝛū: deſperatio oīm bonoꝛū. hec ille. Itē erūt ibi fa Iſa. xv.
mes ⁊ ſitis. Iſa.xv. Ecce ſerui mei comedēt ⁊ vos eſurietis: ecce
ſerui mei bibent ⁊ vos ſitietis. Itē erit ibi amaritudo impoꝛta Iſa. xx-
bilis. Iſa.xxiiij. Amara erit potio bibentibꝰ eā. Et deut.xxxij. iiij.
Uua eoꝛū vua fellis et botrus amariſſimꝰ: fel dꝛachonū vinuz Deute.
eoꝛū ⁊ venenū aſpidū iſanabile. Et hier.ix. Cibabo pplm meū xxxij.
abſinthio et dabo bibere aquā fellis. Itē habebūt reprobi in hier.ix.
tra ſe poſt reſurrectionē quaſi aliū infernū ex cōtrarietate qua
litatū elementoꝛū (vt dicūt aliqui) q̄ ꝑpetuo pugnabūt in ſuo
coꝛpe. Erit autē hec pugna grauiſſima et ineffabili mō tanto
atrocius q̄to intimiꝰ afflictiua. hoꝛribilia quippe ſunt hec ad
cogitandū: terribilia ad nūciandū: ſed grauiſſima ad ſuſtinen
dum. Et vt gn̄alr loquamur tanta eſt in inferno penarū varie
tas ⁊ miſeriarū vt nec intellectꝰ cape: nec lingua exp̄mere ſuf
ficiat. Un̄ quidā gētilis ait. Nō mihi ſi centū lingue ſint: oraq; Maro.
centū: ferrea vox: oēs ſcelerū cōprehēdere formas: oīa penarū
ꝑcurrere noīa poſſem. Sicut em̄ oculꝰ nō vidit: nec auris audi
uit: nec in coꝛ hoīs aſcendit q̄ ꝓparauit deꝰ his q̄ diligūt eū: ſic
eſt intelligendū de penis ꝓparatis his q̄ oderūt eū. Tā mul
tiplicis pene cōſideratio reuocauit ipm̄ dauid a moꝛte pcti ad
peragendā pn̄iam. vn̄ dicit ad dn̄m. Quātas oſ̄diſti mihi tri-
bulatiōes multas ⁊ malas ⁊ cōuerſus viuificaſti me ⁊ de abyſ
ſis terre iterū reduxiſti me. hmōi etiā ꝯſideratio mouit quēdā heremi
heremitā ad aſprimā pn̄iam quā in heremo ꝑagebat (vt legit ta ſe affli
in vi.pa) a q̄ cū quereret cur ſe ita iterficeret: rn̄dit. Totꝰ laboꝛ gens q̄d
vite mee nō v3 cōpari ad vnū diē tormētoꝝ q̄ pctōꝛibꝰ in futu rn̄derit
ro ſeculo reſeruant. Unde ſm grego. ſuper iob. Super omnia petenti
compunctionem prouocat viſio infernalis. bus cur

SEcūda eſt gn̄alitas creaturarū affligentiū. Qm̄ em̄ id face-
peccatoꝛes offenderūt creatoꝛē: nō oēs creature tāq̄ ret.
creatoꝛis ſui iniuriā vindicantes affligēt miſerū pec Scd̄a ge
catoꝛem. Sap.v. pugnabit pro illo oꝛbis terrarū cō nerali-
tra iſenſatos. Et ibidē. Armabit creaturā ad vltionē inimicoꝝ tas.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sapien. xv.

Et ſap. xvj. Creatura tibi factori deſeruiens excandeſcit in tormentum aduerſus iniuſtos ⁊ hoc per modos varios. hoc em̄ fiet vel per ſpecies rerū priꝰ acquiſitas: vel de nouo influxas aut etiā per hoc ꝙ quacunqꝫ re hō male vtit̄ extra deū illiꝰ rei eſſe aliq̄ mō ſaluabit̄ in aliquo elementorum vt per q̄ quis peccat per hec etiā puniat̄. ſicut dr ſap. xj. Narrat guillermus in libro de apibꝰ. ꝙ miles quidā potens mire deditus torneamētis ſicut miſerabilr̄ vixerat ſic ⁊ miſerabiliter obijt. Reliquit aūt vxorem deuotā valde que marito mortuo (vt ipſamet fratri alberto magiſtro ordinis predicatorū narrauit) rapta in exceſſum mentis vidit circa aīam viri ſui demões in magna multitudine cōgregatos. Dixitqꝫ vnus ceteris eminentior ad cōſortes. ponite caligas in pedibus eiꝰ quarū ſpicula penetrēt a planta pedis vſqꝫ ad cerebrū. hinc induite eū lorica cuius ſpicula ante ⁊ retro penetrēt totū corpus. hinc galeam capiti eius imponite cuiꝰ ſimilr̄ ſpicula deſcendēdo tranſeāt vſqꝫ ad plantas. hinc ſcutū collo eiꝰ inijcite cuius pondere mēbris oībus cōquaſſet̄. hec oīa cū iuſſu principis demonū in aīa illa miſera cō plerent̄: dixit iterato demonibꝰ. Conſuetudo eius erat vt poſt torneamentū balneis frueret̄ et poſt balnea deponeretur in lectū ⁊ iuxta eū puella tenerior cuiꝰ amplexibꝰ et coitu fruebat̄. his oībus aptate ſimilia. Nec mora flāmis balnearibus illius aīam cruciatā in lectū ferreū candentē poſuerunt: et iuxta eū bufonē cū terribilibus oculis ad imaginē lecti eius cuius amplexu ⁊ toto cōtactu ⁊ oſculis adeo exuſtus eſt vt hic videretur alia tormenta ſuperare. Illa aūt bona mulier que diſpēſante deo hec de ſuo marito vidit oībus diebus vite ſue recordatione viſionis huius adeo affiicta fuit: vt nullus poſſet ambigere qui eā antea cognouiſſet quin illa .ſ. modum cordis incōmodo vexaretur. hec guil. li. de apibus. Narrat̄ etiam ꝙ quidā vidit in viſu quendā honoratū virū ſecularem qui multum exceſſerat in gloria mūdi: in gula: luxuria: ⁊ vanis ſolatijs in infernū deduci. Et ecce princeps demonū ſurgens de cathedra occurens collocauit eū in ea dicens. Sede hic pro honore quem habuiſti in ſeculo. Erat aūt cathedra tota ignea. Oblatus autem eſt ei in vaſe potus amariſſimꝰ et fetidus ⁊ immūdus et coactus eſt bibere demonibus. de hoc bibe loco potuū delectabilium quos bibiſti in ſeculo. Aſtiterunt aūt et duo demones cum tubis inſufflātes in auribus eius, ⁊ exibat per ocu

Guillermus in libro de apibus.

Exemplū memorie cōmendādum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

los: aures et nares flāma ignea. ⁊ hoc inquiunt pro cātilenis
vanis quas audiſti. Poſuerūt aūt ſerpentes circa collum ⁊ bra
chia dicentes. Et hec pro amplexib⁹ mulierū. et ſic miſer torq̄
batur in quibus peccauerat. hec in libello de dono timoris. Tertia gñalitas
TErtia eſt generalitas partiū ſuſtinentiū. Vñ quilibȝ
dānatorū dicere pōt illud Dan. xiij. Anguſtie mihi Da. xiij
ſunt vndiqȝ. i. in aīa ⁊ corpore intus ⁊ extra ⁊ genera-
liter in oībus mēbris. Unde de tormētis que patiē prouer. xix.
tur in corporibus ſuis dr prouer. xix. Parata ſunt deriſoribus yſa. xiij.
ſupplicia ⁊ mallei pcutiētes ſtultoꝝ corpib⁹. Et yſa. xiij. Oē cor
hoīs cōtabeſcet ⁊ cōteret: torſiones ⁊ dolores tenebūt q̄ſi par
turiens dolebūt vnuſq̄ſqȝ ad ꝓximū ſuū ſtupebit: facies cōbu
ſte vultus eorū. Itē dicit anſel. Tanta ſcias egritudie intuſtū Anſel.
quēlibȝ infirmari vt ei nullo medicamine valeat ſubueniri. hec
ille. Profecto ī ſingulis mēbris magis dolebūt q̄ ſi illorū ſingu
la euellerent a locis ſuis. Interi⁹ q̄ppe exteri⁹ ī oīb⁹ mēbris ar ps.
debunt. Vñ ps. Pones eos vt clibanū ignis. Attēde q̄t⁹ eſt do-
lor vbi ignis ille ſe tā atrociter per oēs ptes diffundet quēadm
modū fit in ferro et alijs metallis in fornace poſitis. Eze. xxij. Ezech. xxij.
Oēs iſti es ſtannū ferrū ⁊ plūbū in medio fornacis ſcoria arge
ti facti ſunt. Propter hec dicit dñs. Eo q̄ verſi eſtis oēs in ſco
riā ꝓpterea ecce ego cōgregabo vos in medio fornacis ⁊ ſuccē
dam in ignē ad cōflandū ⁊c. Sequit. Succendā vos in igne fu
roris mei. Exēplum ſenſibile quo poſſet aliq̄s imaginari acer Anſel.
bitatē hmōi pene ponit anſel. li. de ſilitudinib⁹. d. Sit añ ocu
los cordis nr̄i poſit⁹ hō exēpli cā qui tā in ipſis oculoꝝ ſuorū
pupillis q̄ etiā in ſingulis mēbris int⁹ ⁊ extra ferrū ignitū ⁊ cā
dēs infixū habeat vt nec medulle: nec ītestina: nec oīo q̄cq̄ in
toto ipo cruciat⁹ imanitate careat vel eā levi⁹ q̄ ī oculis aliq̄
tenus ſentiat. Quid dicā? Anguſtiat ipe: q̄s ſanemētis hūc exi
ſtimet nō āguſtiari? Si tāta aūt erit acerbitas ī vno ſolo tormē
to: q̄d dicam in tanta pluralitate ⁊ diuerſitate tormentorum?

**DEcima eſt conſideratio**
continuitatis. Erit enim ſemper iugis continuitas
oīum huiuſmodi tormentorum. Et hoc tripliciter.
Primo ſine penarum interruptione.
Secundo ſine diminutione aut alleuiatione.
Tertio ſine ſolatij interpoſitione.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

PRimo igitur erit anguſtiarũ continuitas ſine interru
Jud.xx. ptione. Jud.xx. Non erat vlla morientium requies.
Aggrauatio quippe magna doloris eſt continuatio
paſſionis. Apoc.xiiij. Non habebant requiem die ac
Apoca. xiiij nocte qui adorauerũt beſtiam et ymaginem eius.
SEcundo erit cõtinuitas ſine quacunqꝫ penarũ dimi
nutione aut alleuiatione. Unde eccleſia cãtat. Quia
in iferno nulla eſt redemptio. neqꝫ quo ad totã penã
neqꝫ quo ad partẽ pene. qđ maxime verũ ẽ de pena
inflicta pro peccatis illis pro quibus aliquis dãnat. Dicit em̃
Scotus ſcotus in .iiij. di. xxi. q̃ non eſt incõuenies penam debitã venia
li habere terminũ in inferno qꝛ etiã vere penitẽs primo ꝛ partẽ
penitẽtie impoſite explens ꝛ ante totã expletã recidiuãs in mor
tale: et in illo mortali decedens pro parte penitẽtie reſidua ex
plenda ſoluet penã in inferno et nõ niſi tpalẽ: qꝛ ex quo ſemel
cõmutatum fuit debitum pene eterne in debitum pene tẽpo
ralis nũqꝫ iſte eſt debitor pro illis peccatis prius dimiſſis niſi
pene temporalis. Hec ille.
TErtio eſt ibi continuitas anguſtiarum ſine quacũqꝫ
ſolatij iterpoſitiõe Eze.vij. Anguſtia ſuperueniẽte
Eze.vij. requirẽt pacem et nõ erit: conturbatio veniet ſuper
conturbationẽ. Unde quelibet anima dãnata pete
re poteſt illud treñ.j. Poſuit me deſolatam tota die merore con
Treñ.j. fectam. Et yſa.xxxiij. Peccator deſolabitur in ſecula ſeculorũ.
yſay.xxxiij. O igitur miſerrima damnatorum conditio. Heu dolor. O pena
vah deſolatio plena omni tormento. ſuper hec homo corde me
mento. Nec em̃ vnus alteri cõpatietur: nec vnus alium poterit
conſolari. Nec beati compatientur miſerijs dãnatorũ ſed ſicut
Pſ. dicit pſ. Letabitur iuſtus cũ viderit vindictam.

## Vndecima eſt conſide-

ratio horribilis lamentationis. Nã vt dicit dñs
in pluribus locis euangelij. Ibi erit fletus ꝛ ſtri
Richar. dor dentiũ. Secundũ vero Richardũ in iiij. di. l.
Non erit corporalis fletus inqꝫtũ eſt reſolutio
quedam corporalium lachrymarum quia ta-
lis reſolutio nõ tunc erit ſed pertinet ad corruptibilem ſtatum
tñ erit ibi maximus dolor interior qui ſignabitur per ſigna in
facie et oculis cum turbatione et motu capitis et cum ſtridore

dentium vultuſq; triſticia. Eſt aūt hmōi lamētatio horribilis.
Tum propter horrorem extrinſece diſpoſitionis.
Tum propter horrorem terrifice concuſſionis vel turbatiōis.
Tum propter horrorem intrinſece afflictionis.

PRimo itaq; horribilis eſt valde dānatorū lamentatio propter horrorem exterioris diſpoſitionis. Tum ex horrēda tenebroſitate. Tū ex horrēda cōſortij vilitate. Tū etiā ex horrēda proprie turpitudinis deformitate. Job. Ibi ſempitern⁹ horror inhabitans. Greg. Quis non horreat fumū teterrimū ſemper ſuſtinere: et nunq; lucem videre: ſed ſemꝑ impleri fetorib⁹: torqueri cū demonibus vbi ſemper circūdant dolores mortis: hec greg. Quiſnam explicet q̄ntus meror erit in cordibus dānatorū: quanta anguſtia: qualis amaritudo inter tā horribiles demonū ceterorūq; dānatorum turbas et in tā horrendi carceris tenebris: O beati qui nunc lugent (vt ait dominus Mat.v). quoniam ipſi cōſolabūtur. At contra. Luc.vi. Ue vobis qui nunc ridetis quia plorabitis et flebitis. In .vi. pa. legit̄ q̄ cōgregati patres rogauerūt beatum arſenium vt diceret verbum edificationis. Qui ſtatī cepit flere di. Fratres mei producāt oculi noſtri lachrymas et comburantur corda noſtra hic igne compunctionis ne comburantur in futuro et prorſus inconſolabiliter lugeant. Item ibidem. Quidam ſenex migrans poſt redijt qui et fleuit incoſolabiliter dicens ſe audiuiſſe voces innumeras dicentes frequēter. Ue mihi ve mihi quia non fleui. Fletus enim ibi eſt inutilis qui hic eſt ita ꝑcioſus. Auguſti. Fruſtra flebūt peccatores q̄ malorum ſuorum veniam ibi non conſequentur.

Grego
Luc.vi.

SEcundo horribilis eſt damnatorum lamentatio propter horrorem terrifice concuſſionis ex eo ſcilicet q̄ timore et tremore horribili ſemper concutiuntur et affliguntur. Unde quilibet eorum dicere poteſt illud pſalmi. Timor et tremor venerunt ſuper me et contexerūt me tenebrebre. Unde iudith.xiij. Intolerabilis timor ⁊ tremor cecidit ſuper eos. Et ſapientie quinto. Uidentes turbabuntur timore horribili. Ipſi quippe damnati ſunt ſicut ouis que a lupo deuoratur que timendo moritur ⁊ moriendo timet Unde Grego. Ibi ſempiternus horror inhabitat quia eternis ignibus traditi et in ſupplicijs dolorem ſentiunt: et in doloris anguſtia pulſante ſemper pauore feriuntur.

Pſalm.
Judith.
xiij.
Sap. v.
Grego.

O

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

TErtio horribilis eſt damnatorum lamentatio pro
pter horrorem intrinſece afflictionis. Habent enim
intra ſe inextimabilem affectionem ex aggregatio
ne omniũ tormentorum in quibus nullum habere
Grego. poterunt remedium. Ideo dicit greg. Quis non horreat ſem
per igne cremari nec funditus mori: nullum inuenire ſolatium
nullum conſilium: nullam habere ſpem euaſionis. Unde ptʒ
ꝙ vere dictum ſit hebre. x. Horrendũ eſt incidere in manꝰ dei
viuentis. Inter aũt intrinſecas afflictiones damnatorum gra
uiſſima eſt afflictio vermis. de qua dicitur Iſa. vlti. Uermis
Iſa. vlt. eorum non morietur. Super quo augu. lib. xxj. de ciuita. dei.
Augu. plures expoſitiões recitans cõcludit. In penis malorũ inextin
guibilis eſt ignis. et immaniſſimus inmortalis vermis. Aliij
autem proprie ad corpus ignem expoſuerunt tropice vero ad
animaʒ vermẽ quod eſſe probabilius videtur. Secundũ. tho.
in. iiij. diſ. vlti. Et bonauẽ. Ipſa tranſlatio vermis ad dolorẽ
ſpiritualẽ ma nifeſtat in quibus ⁊ quomõ ſit vermis ſi atten
datur ratio transferendi. In verme enim materiali conſiderã
da eſt origo et mordicatio. Oritur eñ ex putrefactione ⁊ mor
det illud ex quo oritur. Sic in ſpirituali dolore non quilibet
dolor eſt vermis ſed qui naſcitur ex putrefactione peccati. Pec
catum aũt tunc dicitur putridum quando anima in eo requie
ſcit finaliter. Rurſus opʒ ꝙ ſit in dolore remorſio. Hoc autẽ fit
ex concurſu duorum ſibi inuicem obuiantium et reſiſtentium.
Iſta igitur duo in homine ſunt voluntas naturalis: et delibe
ratiua: que concurrunt per hoc ꝙ cõſcientia dictat aliquid fa
ctum eſſe indebitum. Et tunc obuiant quando voluntas natu
ralis deteſtatur indebitum et deliberatiue voluntati placet.
Tunc autem reſiſtunt quando vtraqꝫ in actu ſuo viget. Et
ex his ptʒ cur in quibuſdam viuentibus ſit vermis conſciẽtie
modicus aut magnus. In damnatis aũt ptʒ ꝙ ibi eſt putrefa
ctio ex hoc ꝙ peccatũ remanſit finaliter in anima eorum. Eſt
autem ibi concurſus propter peccatorum apertiſſimam viſio
nem. Ibi autem eſt obuiatio propter voluntatis deliberatiue
obſtinationem perpetuam et ſindereſis remurmurationem.
Ibi autem eſt reſiſtentia qꝛ ipſa peccati delectatio erit ablata
Quintu per pene acerbitatem. et ex hoc ipſius ſindereſis fortificatur
plex ⁊ eſt actio ⁊ ex hoc cauſatur vermis mirabiliter rodens ⁊ affligẽs.
vermis. hec verba ſunt boñ. Eſt aũt quintuplex vermis. ſm doctores.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Primus eſt de malo cõmiſſo a ſe non qꝛ peccatũ ſed quia cau ſa demeritoria reſpectu pene damni. Secundus eſt ẜm Scotũ triſticia de obſtinatione ſua in peccato nõ quidẽ ẜm ꝙ eſt priuatio boni moralis ſed quia demerita reſpectu pene damni. Tertius eſt ẜm albertum ſuper miſſa₃ de bono a ſe omiſſo: qꝺ ſi feciſſet minora mala ſuſtineret. Et ẜm Albertum ibidem. hi tres vermes nunꝙ perpetue creſcent: nec decreſcẽt: qꝛ ſunt de preterito et neceſſario. Quartus eſt ẜm eũdem de malo cuius ipſe potuit eſſe cauſa vt fieret in alio: et ille vermis creſcet et mitigabitur. Si enim malum ſuu₃ eſt cauſa mali in alio totiẽs creſcit vermis quotiens creſcit et dilatatur malũ illud. Et ẜm hoc dicit amb. quod adhuc ignoratur pena arrij quia neſcitur quot eius errore ſunt ſubuertendi. Sicut enim boni habebunt in celo accidentale premium: ita ecõuerſo mali ante iudicium accidentale habebunt demeritum et poſt iuteolam. Si autem reprobus cauſa fuit vt bonum fieret totiens decreſcit vermis quotiens verbum illud multiplicatur. Hec albertus. Quintus vermis vt dicit tho. vbi ſupra eſt corpalis quodam modo. poteſt enim (inquit tho.) dici ꝙ per vermem ſpiritualem caro affligit ẜm ꝙ paſſiões aĩe redundãt in corpꝰ et hic ⁊ in futuro. Uñ eccle. vij. Uindicta carnis impij ignis et vermis.

Primus
Scđs.
Tertiꝰ.
Albertꝰ
Quartꝰ
Amb.
Quintꝰ
Eccli. vij.

Uodecima eſt cõſideratio interminabilis durationis. Quia vt dicitur mat. xxv. Ibũt hi (ſc₃ reprobi.) in ſupplicium eternũ. Ac vt illi veritati firmiꝰ animꝰ ac qꝛeſcat ex dictis ſanctorũ tres principales rõnes aperte producemus quibus liquido conſtat deum iuſte facere cũ punit malos eterno ſupplicio. ¶ Prima eſt ratio offenſe maieſtatis. ¶ Secunda eſt ratio ſprete felicitatis. ¶ Tertia eſt ratio peruerſe voluntatis.

Tribus rõnibꝫ liquido conſtat deu₃ iuſte facere cum malos eterno ſupplicio punire.

Prima eſt rõ offenſe maieſtatis q̃ eſt infinita. Qꝫto em̃ ꝑſona q̃ offendit dignior ẽ tãto culpa ẽ grauior ⁊ ꝑ ɔ̃ñs pena d₃ eſſe durior. ſicut qui rege₃ offendit grauius punit ꝙ̃ qui offendit ruſticũ. Qui aũt mortal'r peccat deum offendit qui eſt bonum infinitum et charitatem per quam eſt ſocietas beatorum ergo tã viſione dei ꝙ̃ ſocietate btõrũ eternal'r priuari d₃ ⁊ eterna pena puniri. Uñ ber. ſup cantica di. Qui mortaliter peccat vult deũ non eſſe qꝺ ſic ꝓbat

Pria rõ.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

q: qui vult deum aut ipotentem: aut iniuſtũ: aut inſipientē eſſe vult deũ nõ eſſe. Sz qui mortal'r peccat vellet deũ aut ſua peccata neſcire: aut vindicare non poſſe: aut vindicare nolle ergo vult deum non eſſe. qui autem vult deum non eſſe merito puniendus eſt eterno ſupplicio.

Scõarõ Secunda eſt rõ ſprete felicitatis. Pctõres nãq3 cõtemnunt verã felicitatē q̃ eſt bonũ eternũ ⁊ infinitũ. Jõ

Augu. merito puniendi ſunt infinito ſupplicio. Uñ aug. xxj. de ci. dei. Factus eſt malo dignus eterno qui in ſe peremit bonũ qđ poſſet eē eternũ. hec ille. Audiãt igiť pctõres ſcripturas clamãtes ꝑmittẽteſq3 tã feliciſſima ⁊ copioſa atq3 iocũda bona in regno celoꝝ amicis dei. Sz ꝓh dolor multi de his nõ curãt. vocat eos deus ꝑ dicta ſanctoꝝ: ꝑ hortamẽta ꝓphetarũ: ꝑ inſtructiones doctoꝝ: ꝑ terrores ꝯminationũ: ⁊ per ſuauitatē bñficiorũ. Uenite (inqt) ad cenã magnã: ad paradiſi delicias: ad celeſtē gl'iam: et tñ impij nolũt eũ audire q̃nimmo eum impugnãt et ſuis malis operibus perſequũtur.

Tertia eſt rõ ꝑuerſe voluntatis. Et hec rõ ſubdiuidi põt in tres rões ꝓncipales. ¶ Pria ſumiť ex cõditione volũtatis in peccãdo. q: ſ. ipa volũtas peccandi q̃tum in ſe eſt ⁊ fuit eterna. Uolũtas em̃ maloꝝ q̃diu ſunt in hac vita ita ſe inclinat ad pctm̃ q: ſemꝑ vellet peccare. Jõ iuſtus iudex q̃ cor aſpicit magis q̃ opus iuſte eos punit pena in eternũ duratura. Quidnã eſt q: tã multi ſe ſentiunt morituros et peccare nõ deſinũt, niſi q: ſꝑ vellẽt peccare ſi ſꝑ viuere poſſent? hanc rationē tangit gre. in iiij. dyal'. d. Iniqui

Grego. ideo cũ fine deliquerũt q: cũ fine vixerũt. naz voluiſſent vtiq3 ſi potuiſſent ſine fine viuere vt potuiſſent ſine fine peccare. Oſtẽdunt em̃ q: in pctõ ſꝑ viuere cupiunt qui nũq3 peccare deſinũt dum viuũt. Ad magnã ergo iuſticiã iudicãtis ꝑtinet vt nunq3 careãt ſupplicio q̃ in hac vita nunq3 voluerũt carere peccato.

Aug. Hec ille. que verba ẽt habenť de pñia. diſ. ij. c. voluiſſent. augu. inſuꝑ de pe. di. vij. c. vl. in fine ait. Qui impenitens moriť oĩno moritur ⁊ eternal'r cruciatur. qui em̃ impenitẽs finitur ſi ſemꝑ viueret ſꝑ peccaret. ¶ Scõa rõ ſumiť ex conditione voluntatis in eſſendo q: vz ipſa voluntas q̃ peccauit eſt incorruptibilis et eius culpa inexpiabilis. ¶ Tertia rõ ſumitur ex cõditione voluntatis in perſeuerãdo q: vz ipſa voluntas damnatorũ hz affectũ malignitatis inſeparabilē eternũ. Uolũtas em̃ eoꝛũ lʒ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

amiſerit pctãtis effectũ ſp tñ habebit malignitatis affectũ ⁊ ipſa ĩordinata affectio erit in ĩferno ſuppliciũ q̃ fuerat in mũdo peccatũ. O igit̃ bñdicti dei ordinatiſſima iuſticia q̃ malos eternis cruciatib⁹ deputaſti. nullus ꝓfecto de te ↄqueri põt. O miſerabil' dãnatoꝝ ↄditio q̃ tãtã experit̃ ſeueritatẽ vt pena illoꝝ finẽ nũq̃ recipiat. Durũ eſſet hoi ſano ꝑ diẽ ⁊ noctẽ aſſidere lecto molli. Et vt experiẽtia docet oĩa etiã hmõi q̃ ſolatioſe et delectabil'r fieri ſolẽt faſtidiũ inducũt aſſiduitate ſui. Heu inq̃ heu cur dormiũt pctõres: cur nõ corrigũt malã vitaȝ ſuã? O anima dura. O aĩa inſenſata. O aĩa vitioſa quid agis? quo ve tendis? quare ad infernũ ꝓperas vt ibi ineternũ infeliciter viuas? vt ibi ſemꝑ habites poſt centũ annos: poſt mille: poſt milia miliũ immo nũq̃ pena tua terminabit̃? Reuertere ḡ ad dñm deũ tuũ vt te liberet a periculis dãnationis. De hac perpetuitate penarum infernaliũ videre potes .ſ. tractatu de iudicio in ſeptio miſterio principali ⁊ in tertio ſpeciali in ſcda executione et tertia afflictione.

## Tredecima cõſideratio

declarãs acerbitatẽ ⁊ miſeriã penarũ infernaliũ eſt inutilis cõditionis. Pro cuius declaratione diligẽter eſt notãda dñia inter tria genera penarum q̃ ſunt pena tpalis. pena purgatoria et pena infernalis. Prima eſt pena huius ſeculi. Secunda eſt pena purgatorij. Tertia eſt pena inferni.

Differẽtia inter tria gña penaꝝ q̃ ſunt pena tpalis. pena purgatorij. et pena infernalis.

Pena em̃ vite preſentis eſt breuis ⁊ vtilis. coꝛ. iiij. Id em̃ qđ in pñti momẽtaneũ eſt ⁊ leue tribulationis nr̃e ſupra modũ in ſublimitate eterne glĩe. Pond⁹ opat̃ i nobis nõ ↄtẽplantib⁹ nobis q̃ vident̃ ſȝ q̃ nõ vident̃ Eſt aũt pena pñtis vite ꝑcipue vtilis ad tria. Prio ad peccatoris reuocationẽ. gre. Mala q̃ nos hic premũt ad deũ ire cõpellũt Scdo ad purgationẽ ⁊ ſatiſfactionẽ. gre. Qđ lima ferro: quod fornax auro: hoc tribulatio operat̃ hoi iuſto. Tertio ad meriti acq̃ſitionẽ. Ja. j. Beat⁹ vir q̃ ſuffert tẽtationẽ qm̃ cũ ꝓbat⁹ fuerit: accipiet coronã vite quã repromiſit de⁹ diligẽtibus ſe.

De pena aũt purgatorij prio dico ꝙ diuturna eſt reſpectu pene pñtis q2 pena de q̃ poſſet ſe hõ expedire dũ viuit in ſpacio vni⁹ diei ꝓtenditur in purgatorio ꝑ ſpaciũ vni⁹ anni ſicut deſignari videt̃ Eze. iiij. eze. iiij.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Fili hoīs dic̄ ꝑ anno dedi tibi quēadmodū ꝛ filijs iſrael factuꝫ eſt:q̄ ideo ꝙ male ſe habuerūt in deſerto ꝛ dei bn̄ficijs ſunt abuſi:viā quā potuiſſent feciſſe ꝑ quadragita dies vix ꝑfecerūt i deſerto ꝑ quadragita annos. Un̄ dictū ē eis a dn̄o nūe.xiiij. Annus ꝑ die imputabit quadraginta annis recipietis vltionem meā. Scd̄o dico ꝙ pena purgatoria eſt grauis multū reſpectu pene pn̄tis. Un̄ aug. de pe.di.ij.ca.vl. Qui in aliud ſeculū diſtulit fructū cōuerſionis purgādus eſt igne purgationis:hic anteꝫ ignis ꝛ ſi etern⁹ nō ſit:miro tn̄ mō grauis eſt: excellit em̄ omnē penā quā vnq̄ȝ paſſus eſt aliq̄s in hac vita. Nunq̄ȝ in carne tāta inuēta eſt pena tp̄alis lȝ i hoc mūdo martyres mirabilia paſſi ſint tormēta. hec ille. Tertio dico ꝙ pena purgatoria eſt multo minoris vtilitatis q̄ȝ pena p̄ſentis vite:lȝ em̄ valeat ad purgationē ꝛ ſatiſfactionē nō tn̄ valet ad peccatoris reuocationeꝫ neq̄ȝ ad meriti acq̄ſitionē.q: poſt mortē nō eſt ſtatus merendi. Eccleſiaſtes.ix. Mortui non habent vltra mercedem.i.facultatem acquirendi ſiue ꝓmerendi mercedem.

Numerī.xiiij. — Augu. — eccleſiaſtes.ix.

De pena aūt infernali dico ꝙ eſt infinite diuturnitatis q: eſt eterna vt pȝ ex p̄cedēti articulo:eſt ēt iexplicabilis acerbitatis vt pȝ ex ſupradictis.ꝛ tn̄ prorſus oīmode inutilitatis:neq̄ȝ em̄ valet ad emēdationeꝫ: neq̄ȝ ad purgationē:neq̄ȝ ad meriti acq̄ſitionē q: ſunt oīno extra ſtatū correctionis:ſatiſfactionis:ꝛ meritorie opationis. Un̄ ꝛ de cōfeſſione dicit ber. In iferno pōt cōfeſſio eſſe ſȝ nō ꝓdeſſe. O q̄ȝ miſerabilis dānatorū cōditio:q̄ȝ grauis eorū anguſtia in tot ꝛ tātis ſupplicijs iperpetuū torq̄ri ꝛ nullā inde vtilitateꝫ: nullū oīno fructū quouiſmodo reportare. Amarā ꝑfecto penitētiā agūt ſȝ prorſus infructuoſaꝫ. ſap.v. Semētes p̄ anguſtia ſp̄us intra ſe penitētiā agentes. O q̄ȝ miſeri: q̄ȝ execati q̄ nunc penitētiā agere cōtēnūt. O miſeri pctōres. O indurati ꝛ inſenſati hoīes agite penitētiā dum poteſtis ne ad infernū corruentes nūq̄ȝ fructuoſaꝫ agere penitētiā valeatis. Penſate:penſate q̄m iuſtū eſt vt q̄ nō vult penitētiā agere dū pōt ſic puniat̄ vt tandē cū vellet penitēdi tp̄s habere non poſſit. Narrat magr̄ iohānes de abbatiſvilla ſabiñ.epiſcop⁹ cardinalis ꝙ fuit q̄dā feneratoꝛ quē cū moneret ſacerdos ſu⁹ ad penitētiā ſp dicebat. bn̄ adhuc faciā q: ſatis ē adhuc de tp̄e. Silr̄ cū eēt in infirmitate āmonit⁹ a ſacerdote rn̄debat dicēs. bn̄ adhuc faciā. Et cū importune inſtaret ſacerdos vidēs periculuꝫ: ille ſubito. rapit̄ q̄ſi

Bern̄. — Sap.v. — Magr̄ Johannes de abbatis villa.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mortuꝰ. Et cũ rediret ſtati ⁊ adhuc inſtaret ſacerdos clamauit eger. O penitẽtia vbi es: de cetero penitere nõ valeo hoc indicãte iuſto iudice. qꝛ dũ potui nõ volui. Et hoc dicẽs miſerrime mortuus eſt deſperatus et dãnatus.

# Quartadecima eſt conſi-

deratio totalis deſperationis q̃ ꝑmaxime eorũ dolorẽ ⁊ anguſtiã aggrauat. Quilibet itaqꝫ eoꝝ dicere põt illũ tren.iij. Periit finis meꝰ ⁊ ſpes mea a deo. Et hiere.xv. Quare factꝰ eſt dolor meꝰ ꝑpetuus ⁊ plaga mea deſperabilis? Oĩno itaqꝫ deſperati ſunt dãnati: neqꝫ eñ iuuari poſſunt quocũqꝫ modo qđ declarari põt oñdendo q̃modo ab eis excludit oĩo triplex genus auxilioꝝ ⁊ remedioꝝ quibus iuuari poſſunt viatores in hoc ſeculo.

tren. iij.

hier.xv.

Primum eſt opus ꝓprie facultatis
Secundum eſt ſuffragium eccleſie militãtis.
Tertium eſt interceſſio eccleſie triumphãtis.

PRio eñ iuuari nõ pñt dãnati ab ope ꝓprie facultatꝭ: qꝛ ſicut dicit chriſ. Ibi nõ erit reſiſtẽdi virtus: nec pnie locꝰ: nec defenſionis tꝑs: nec fugiẽdi facultas: nec ſatiſfactiõis vtilitas: ⁊ ex ãguſtia oĩum nihil remanet niſi luctus. hec ille. Et mat.xxij. de illo q̃ itrauit ad nuptias filij regis nõ habẽs veſtẽ nuptialẽ dr. Ligatꝭ manibꝰ ⁊ pedibꝰ eijcite eũ in tenebras exteriores. i. ablata ab oĩ facultate operãdi ⁊ fugiẽdi aut euadẽdi. Propt̃ qđ audiẽdus ẽ ſap. q̃ dicit. eccl'iaſtes ix. Quodcũqꝫ põt manꝰ tua inſtãter operare qꝛ nec opꝰ (ad merẽdũ (aut ſatiſfaciẽdũ) nec rõ ad excuſandũ) nec ſapiã aut ſcia (ad euadendũ) valet apđ inferos q̃ tu properas.

Chryſo

Math. xxij.

Eccleſiaſtes. ix.

SEcũdo iuuari nõ poſſunt a ſuffragijs eccl'ie militãtis Nã ſi colligerent in vnum oẽs lachryme: oẽs orõnes: oĩa ieiunia: oĩaqꝫ pietatis opera quorũcũqꝫ iuſtorũ q̃ in hoc mũdo placuerũt deo: ⁊ offerrent deo ꝓ vno dãnato nihil ei prodeſſent. Et licet quidam canoniſte dixerit ꝙ ſuffragia eccleſie licet non proſint damnatis quantum ad liberationem a pena proſunt tamen quantũ ad alleuiationẽ quandam ſeu mitigationem. Contra eos tamen eſt ſententia theologorũ.xlv. di.iiij. dicentium ꝙ ſuffragia eccl'ie nullo modo proſunt damnatis eo ꝙ ſunt extra charitatem. Et cum non ſint ad vitã ordinati nec poſſint beatitudinẽ participare: non ſunt ex charitate



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

diligendi. Charitas autem eſt que facit ſuffragium alicui applicabile idõ ſuffragia eis nihil proſunt. hec richar. Jdeo dr. xiij. q. ij. ca. ꝓ obeuntibus. Pro obeuntibꝰ quippe cõſuluiſſe cognoſceris ſi liceat pro eis oblationes offerri. Sancta quippe ſic tenet eccleſia vt quiſq₃ pro mortuis vere catholicis offerat oblationes atq₃ preſbiter memoriã eoꝝ faciat ꝛc. ſequitur nõ tñ ꝓ impijs q̃uis xpiani fuerint tale quid agere licebit. hec ille.

TErtio nec iuuari poſſunt ab interceſſione eccl'ie triũphantis. ⁊ hoc ꝓpter defectũ charitatis in eis. Vñ hie. xv. Quis miſerebit tui: aut q̃s cõtriſtabitur ꝓ
hier. xv. te: aut q̃s ibit ad rogãdũ ꝓ pace tua? q. d. nullꝰ. Et yſa. viij. Suſpiciet ſurſum. ſ. ad ſctõꝝ auxiliũ ⁊ ecce tenebre ⁊
yſa. viij. diſſolutio. Unde ſicut habet lu. xvj. Diues epulo nihil penitus ſolatij potuit obtinere a ſctõ patriarcha abraham. Unde yſa. x
yſa. x. Quid facietis in die viſitationis ⁊ calamitatis de longe venientis: ad cuius cõfugietis auxiliũ? O igitur dolenda dãnatoꝝ miſeria. O terribilis pena q̃ nullo mõ mitigari poteſt: nullum penitus habere remedium: nullum ſolatium: nullum auxilium: nec ꝓprijs: viribꝰ aut lachrymis: non diuitijs: aut amicorum ſuffragijs: nec amicorum potẽtia: nec deniq₃ aliqua oĩm creaturarum induſtria. ꝓuer. xj. Mortuo homine impio nulla erit ſpes
Prouer. xj. vltra. Cogitate itaq₃ cogitate ⁊ intelligite hec o indurati pctõres q̃ obliuiſcimini deum. ne infernꝰ aliquãdo vos rapiat ⁊ nõ ſit qui eripiat. O timenda vindicta dei. O peccatores inebriati vana dulcedine bonorum huius ſeculi fugite celeriter fugite iram dei. Penitentiam agite q̃diu vobis manet ſpes veſtre ſalutis nam ſi ſemel in abyſſum inferni merſi fueritis peribit omnino in vobis ſpes ſalutis. O quanta anguſtia: q̃ grauis amaritudo inter tot ⁊ tam aſperrima ſpẽ omnino ſalutis amiſiſſe: nullum prorſus remedium: nullum ſolatium: nullam penitus mitigationem ſperare ſed omnino deſperatum eſſe.

## QUintadecima conſideratio

acerbitatis penarum infernalium declaratiua eſt conſideratio ſuperne indignationis. Sunt enim omnes damnati in indignatiõe perpetua dei et omniũ ſanctoꝝ. Sicut eñ ait anſel.
Anſel. Malũ quẽq₃ deꝰ omneſq₃ ſcti ſic habebũt odio vt nec eũ adiu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nent in opere: nec ei compatiantur in corde. vñ eze.xxij. Cõfla- Ezech. xxij.
bimini in medio ignis furoris mei vt cõflatur argentũ in medio
fornacis ⁊ ſcietis quia ego dominus cum effuderim indignatio
nem meam ſup vos ibidem. Effudi ſuper eos indignationem
meã. Et yſa.x. Adhuc modicuꝫ pauluſumqꝫ ⁊ conſummabitur yſa.x.
indignatio mea ⁊ furor meꝰ ſuper ſcelus eorum. Et zacha.vij. zacha. vij.
Noluerunt attẽdere ⁊ verterunt ſcapulum recedentes ⁊ aures
ſuas aggrauauerunt ne audirẽt ⁊ cor ſuũ poſuerũt ad adman
tem ne audirent legẽ ⁊ verba que miſit dominus in ſpiritu ſuo
per manum prophetarũ priorꝫ ⁊ facta eſt indignatio magna
a deo exercituum. hec ibi. hec autem indignatio cõplebit ſup
reprobos in inferno. Ex qua indignatiõe cauſantur in eis tria
tormenta acerbiſſima. Primum eſt dolor afflictionis intolerabi
lis. Secundum eſt timor turbationis horribilis. Tertium eſt
pudor confuſionis importabilis.

PRimũ itaqꝫ eſt dolor afflictiõis intolerabilis. Vñ q̃li
bet reproborũ dicere poteſt illud hiere.xv. Amaritu hie.xv.
dine repleſti me: quare factꝰ eſt dolor meꝰ ꝑpetuus
⁊c. ꝑpende quãtũ eſt ad gaudiũ btīs ex eo ꝙ certitu
dinaliter ⁊ experimẽtaliter ſentiũt ſe tã dulciter a deo dilectos
et intellige ꝙ tã grauis eſt dolor damnatorũ ex eo ꝙ ꝑ experiẽ
tiam ſe ſentiunt cum tanta indignatione a deo reiectos.

SEcũdum tormentũ inde proueniens eſt timor turba
tionis horribilis. ſap.v. Turbabũtur timore horribi Sap.v.
li. mal.j. Rex magnꝰ ego dicit dñs exercituũ ⁊ nomen Mal.j.
meum horribile in gẽtibus qđ vtiqꝫ verum eſt in dã
natis quibus eſt dei noticia ⁊ memoria horribilis. Attẽde quã
ta ſit ſecuritas in beatis ex eo ꝙ experimental'r ſciũt ſe ita a
domino deo dilectos ⁊ conclude tãtũ eſſe timorẽ ⁊ horrorẽ in dã
natis ex indignatiõe dei quã per experiẽtiam in ſe percipiunt.

TErtium tormentum eſt pudor confuſionis impor-
tabilis. pſal. Confuſi ſunt quoniã deus ſpreuit eos Pſal.
Item confundantur omnes iniqua agentes. Item
operiantur confuſione ⁊ pudore. Cõſidera quãtus
eſt honor: ꝗ̃ta gloria ex illa dulciſſima dei dilectione quam ꝑ
experientiam ſentiunt beati erga ſe confirmatam ⁊ immobili-
ter fixam: et non dubites tantam eſſe confuſionem damnatis
ex eo ꝙ experimentaliter ſe ſentiunt diuinam indignationem
ex ſuis demeritis tam miſerabiliter incurriſſe.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Inter cetera que ad retrahẽdũ hoies a peccato efficaciã habere videntur: ad hoc videt valde precipue prodeſſe poſſe glorie celeſtis cõtẽplatio. Naz ſi hõ ſe refrenat ab homicidio vel cõſimili opere criminoſo ne pdat tpalia: ꝙ̃tomagis ſe debet coercere ab omni actu illicito ne amittat gaudia ſempiterna. Scribit em̃. j. co. vj. Iniqui regnũ dei nõ poſſidebũt. Immo cũ maxima cõfuſione repellent ab eo: ne ſedeãt cũ regib⁹ ꝛ pncipib⁹ regni celeſtis in tã excellẽti ꝛ ſolẽni mẽſa. Dicit em̃ caſſiodor⁹ ſup illud pſal.

Caſſiodorus. Expelle eos q̃m irritauerũt te dñe. hic dicim⁹ q̃m tm̃ vnuſq̃ſq̃ a deitate repellit quãtũ ei⁹ pctã cumulant: quãtitas em̃ delicti mẽſura eſt repudij. Cur nõ ergo q̃lib3 pctã vitabit ꝛ tanq̃ʒ virus mortiferũ celeri⁹ abhorrebit: q̃ p hec celeſte illud gaudiuz eternalit ſe nouerit amiſſurũ? Nos itaq̃ fratres chariſſimi in hui⁹ mũdane pegrinatiõis erũna noſtri penas exilij ſuſtinẽtes bonoꝝ oim̃ diſpẽdia pferẽtes: vndiq̃ pctõꝝ laqueos: hoſtiũq̃ malignoꝝ inſidias metuẽtes: ſ3 nõ ſatis vigilãter aut ſollicite precauẽtes vndiq̃ preſſuras ꝛ anguſtias patiẽtes: cecutiẽtes in miſerijs: torpeſcẽtes in vitijs: vanitatẽ p veritate: exiliũ p patria: egeſtatẽ p copia: vilitatẽ p gloria: cecitatẽ mirabili ſeu poti⁹ inſana demẽtia diligẽtes ad illã ſctõꝝ gloriã intellect⁹ aciẽ ꝛ mẽtis faciẽ eleuãtes eterne vite gaudia cõtẽplemur. Ut eius dulcedinẽ palato cordis aliquãtulũ pregustem⁹: ꝛ ſuauitate guſtatiõis illecti deũ ipſum feruenti⁹ diligam⁹: ac ipſaz gloriã feruẽti⁹ appetam⁹: pctm̃ vigilãti⁹ caueam⁹: mũdi cõtẽnam⁹ proſpera: letiuſq̃ ac leui⁹ ſuſtineam⁹ aduerſa: oib⁹ quoq̃ q̃ in mũdo ſunt fundit⁹ moriamur. Si em̃ de illi⁹ imẽſa ſuauitatis abyſſo nobis fuerit a ſummo largitore cõceſſum ſcintillã vel modicũ preſentire: ſtatim vite preſentis tediũ finiri optabim⁹: ac miſere pegrinatiõis exiliũ nequaq̃ p patria diligem⁹ ſed ad vitã

Grego. beatã toto deſiderio ſuſpirãdo tẽdem⁹. Notãdum autẽ q̃d ait

Quid intersit inter corpis ꝛ mẽtis delicias. gre. hoc diſtare inter delicias corpis: ꝛ delicias mẽtis q: corporales delicie dũ nõ habent graue in ſe deſideriũ accẽdũt: cũ vero habite edunt comedẽtẽ ptin⁹ in faſtidiũ p ſatietatẽ vertunt At contra ſpirituales delicie dũ non habentur in faſtidio ſunt cum vero habentur cum deſiderio: tantoq̃ʒ comedente amplius eſuriuntur: quanto ab eſuriente amplius comeduntur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et idcirco nō habite amari non pñt cū earū ſapor ignoratur. Quis em̄ amare valet qđ ignorat?proinde pſal. admonet. d. Pſal. Guſtate et videte qm̄ ſuauis eſt dñs ac ſi aperte dicat.ſuauita tē ei⁹ nō cognoſcitis.qꝛ hūc minime guſtaſ. Aduertēdū ē aūt Grego. q ſicut ait Grego.in.iiij.dial'. Prim⁹ hūani gñis parens poſtq̄ de paradiſi gaudijs exigēte culpa ſua pulſus eſt: in hui⁹ exilij ⁊ cecitatis quā patimur erūnā venit ⁊ illa celeſtis p̄rie gaudia q̄ prius contēplabatur videre nō potuit:in paradiſo quippe cō= ſueuerat verbis dei pfrui:beatorū angelorū cetibus cordis mun dicia et celſitudine viſionis intereſſe:ſed poſtq̄ huc cecidit: ab illo quo implebatur mētis lumine receſſit. Ex cuius videlicet carne nati in huius exilij cecitate audiuimus quidem celeſtem eſſe patriam:audiuimus eius ciues eſſe angelos dei: audiui= mus angelorum ſocios eſſe ſpiritus iuſtorum. Sed carnales quiqꝫ quia inuiſibilia per experimentum ſcire non valent: du= bitant forte vtrum ne ſit quod corporalibus oculis non vident Que nimirum dubietas primo parenti non potuit eſſe:quia ex cluſus a paradiſi gaudijs hoc qđ amiſerat ſe vidiſſe recoluit: nos autem recolere vel ſentire non poſſumus quia eorū expe rimentum de preterito nō tenemus. Ac ſi enim mulier pregnās mittatur in carcerem. Ibiqꝫ pariens puerum natum nutriat: adoleſcentiqꝫ mater ſolem:lunam:et ſtellas:montes et colles:⁊ campos:aues volantes:currentes equos:varietates colorum: diuerſaqꝫ genera nominet picturarum. Ille vero natus et nu= tritus in carcere nihil aliud ſciens q̄ tenebras hec audiens non credit quia per experientiam non cognouit. Ita in hac ce= citate nati homines dum ſumma et inuiſibilia audiunt an vo cati ſint diffidunt: quia ſola hec infima in quibus nati ſunt co= gnouerunt. vnde factum eſt vt viſibilium inuiſibiliumqꝫ crea= tor ad humani generis redemptionem viſibilis veniret vt dū viſibiliter deum cognoſceremus:per ipſum factum viſibilem in amorem inuiſibilium raperemur. Rurſum in corda noſtra ſpiritum ſanctū miſit:quatinus per xp̄m viuificati crederem⁹ que per experimentum adhuc ſcire non poſſumus. Quotquot igiť hūc ſpm̄ hereditatis nr̄e pignus accepim⁹ de vita inuiſibi liū nō dubitam⁹. Quiſq̄s autē in hac credulitate nō eſt ſolidus dꝫ pculdubio maiorū dictis credere:ac illis iam experimentū inuiſibilium per ſpiritum ſanctum habentibus fidem prebe= re. Nam ſtultus eſt puer ſi matrem ſuam ideo putat de luce

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mentiri: q2 de ea nihil potuit experiri. Nos itaqꝫ in cognitione inuiſibilium et experimētali deguſtatione celeſtiū inexpti ſcripture ſacre ſentētijs: virorūqꝫ probatiſſimorum tam continua exercitatione virtutū: qꝫ iugi meditatione et ſubtili contēplatione: qꝫ etiā diuina reuelatione celitus inſtructorum: teſtimonijs et exēplis fidē plenā indubitanter adhibere debem⁹. Quorum vnus ad tertiū celū raptus eſt: vt inter angelos beatos di-
j. cor. ij. ſceret qđ iter hoies predicaret. qui dicebat. j. cor. ij. Oculus nō vidit: nec auris audiuit: nec in cor hoīs aſcendit que preparauit deus his qui diligūt eū. Sed qm̄ hec in generali prolata et ſummaria breuitate premiſſa parū alliciunt ⁊ inexpertorum mentes non nutriunt qui non nouerunt ex paucis multa colligere: nec ex principijs concluſiones elicere: nec ex minutis eximia cogitare: niſi enucleatius explicent̄ ⁊ velut in particulas diuidantur. Puta ſi puero pomū groſſuz porrexeris: aut edendū panem integrū prebueris: ꝓpter complexionis teneritudinē et oris anguſtiā nequit aſſumere: nec inde nutritur niſi pro ei⁹ capacitate in ꝑticulas diſcindat̄. Jō diuidam⁹ in ꝑtes magna que diximus vt puulorū guſtus efficiat̄ ſapidus ⁊ mētes efficacius attrahantur et aīe ad vitam eternam vegetius nutriant̄.

Triplex eſt in generali beatorū gloria.

PRimum itaqꝫ vt diuiſionem gn̄alem faciamus dicimus qꝫ triplex in generali eſt gloria beatorum. Gloria ſubſtantialis. Jn dotibus anime. Gloria conſubſtātialis in dotibus corporis Gloria accidentalis. Jn aureolis.

Pria et pricipalis gloria beatorum.

PRima igitur et principalis gloria beatoꝝ eſt gloria ſubſtantialis quā habēt beati in ipſo deo qui eſt obiectū pricipale et ſubſtantiale beatitudinis. Et hec gloria cōſiſtit in dotibus aīe. Dicuntur aūt dotes in patria methaphorice ad ſimilitudinē dotis in mr̄imonio carnali: qm̄ ſicut ibi dos datur ſponſo. i. ad vſum ſponſi ꝓpter onera matrimonij ſuſtinenda tn̄ ꝓprietas remanet penes ſponſam nec tn̄ quecūqꝫ donatio facta ſponſe obtinet nomē dotis ſed precipuus quaſi patrimonium eius de quo viueret et ſuſtentari debeat: ⁊ ſic dat̄ ſponſe in ꝓprietatē lȝ detur ſponſo in diſpenſatione ſeu vſum Sic dos in patria ēnō qđcunqꝫ donū datum aīe in traductio

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ne ſui in gloriam ſed donū precipuū ad actum glorioſe vite ptinens qḋ dat deus ipſi btō in poſſeſſionē: ipſi aūt ſponſo xp̄o ad gliam ⁊ honorē nō tñ pprie ad vſum qꝛ bonorū nr̄orū non eget. Sunt igit̄ dotes aīe dona quedā precipua diuinit⁹ et data intraductione ſui in gloriā quib⁹ aīa deo immediate cōiungitur tanq̄ pncipio vite ſue: et ad ſponſi amplex⁹ indiſſolubiles ītroducit. Et ſm beatū thomā in. iiij. di. xlix. dotes anime ſunt immediate principia illius operatōis in qua btitudo cōſiſtit per quā aīa deo cōiungit̄. Et ſunt tres huiuſmodi dotes | Dotes anime q̄ ſunt. Beatus thom̄.

Prima eſt viſio clara infallibilis veritatis.
Scđa eſt tētio firma ſeu cōprehenſio inamiſſibilis dignitatis.
Tertia eſt dilectio chara infaſtidibilis bonitatis.

Hε tres dotes ſunt] tria ſuprema dona q̄ ſm aliq̄s ſunt actus: ſm alios aūt habitus quib⁹ aīa elicit illos tres actus perfectiſſimos q̄ dicunt̄ diuitie aīe deſponſate. qꝛ ſm hos aīa vnit̄ deo tanq̄ ſpōſa ſpōſo. Scđm aūt rich. in. iiij. in dotib⁹ anime habitualib⁹ pprie loquendo nō cōſiſtit beatitudis eēntia ſed in ipſis actib⁹. Scđm aūt doctores triplici de cā ponunt̄ tres dotes aīe. ¶ Prio vt ſic ſatietur tota imago aīe que cōſiſtit in intellectu: volūtate ⁊ memoria. Nam viſio ſeu lumen glorie aut ſapientia ſumme perficit intellectū. Dilectio ſeu charitas cōſummata affectū: cōprehenſio dei appropriata memoriā. Vñ dicit beatus boñ. in dial. Plenitudinē dei inuenim⁹ qñ erit voluntati multitudo pacis. rōni plenitudo lucis: mēorie cōtinuatio eternitat̄. Tūc erit de⁹ oīa in oībus cū a rōne oīs error a volūtate oīs dolor: ⁊ a mēoria oīs timor receſſerit et ſucceſſerit illa quā ſpam⁹ pura ſerenitas diuina iocunditas: eterna ſecuritas. hec ille ¶ Secūdo vt ſumme remunerentur tres nobiliſſime virtutes vite ſcilicet fides: ſpes: charitas. Nam fides meretur lumē glorie ⁊ claram viſionem: ſpes firmam et ſecuram tētionem: charitas ſummam dilectionem. Fides tamen et ſpes non manebunt eſſentialiter in pria. Charitas ꝟo manebit ⁊ perficiet̄. Secundum illud apl̄i j. corin. xiij. Cum venerit quod perfectum eſt euacuabitur qḋ ex parte eſt. ¶ Tertio vt tribus diuinis perſonis optime conformemur. Nam per lumē glorie ſeu habitum ſapientie ⁊ clarā viſionem conformabimur filio qui eſt ſapientia, per chtricatē et dilectionem: ſpiritui ſancto qui eſt charitas: et per tentionē per quā oīa poſſumus potentie patris. Sicut tamē dicit boñ. | Richar. Triplici de cā ponunt̄ tres dotes aīe. Beatus boñ. | Boñ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in.iij. hec tria quandoqꝫ attribuuntur viſioni quia qui perfe
Pſal. cte deum videt: perfecte amat et habet. vnde pſal. Oſtendam
Jo.xvij illi ſalutare meum. Glo. augu. de tri.j.ca.penul. Uiſio eſt tota
merces. Item iohan. xiiij. Oſtende nobis patrem et ſufficit no
bis. Et io. xvij. hec eſt vita eterna vt cognoſcam te ſolum verũ
deum. Uiſa itaqꝫ trium dotum anime diſtinctione videndum
Dos viſiõis q̃d ſit ſm̃ richar. eſt de earum qualibet in ſpeciali. Et primo de viſione. Secun
dum autem Richardũ. Dos viſionis eſt quidam habitus lu
minoſus in intellectu quo eleuatur ad clare videndum deum
ſicut eſt. Quidam autem vocant hunc habitum lumen glorie
alij habitum ſapientie. Certum eſt autem quod eſt quidam
ornatus et decor anime quo perficitur intellectus in cognitio
ne infallibilis veritatis. Eſt autem hec viſio glorioſa. Clariſſi
ma. Immediatiſſima. Ampliſſima.

¶ Primo hec viſio eſt clariſſima. Unde. cum cognitio creatu
rarum in ſe hoc eſt in proprio genere dicatur cognitio veſper
tina: et cognitio ipſarum creaturarũ in verbo dicatur cogni
tio matutina: ipſa cognitio dei in ſua eſſentia dicitur viſio me
ridiana. Dicitur etiam viſio facialis. quod primo corinth.
decimotertio. Uidemus nunc per ſpeculum et in enigmate tũc
autem facie ad faciem. Dicitur etiam viſio luminoſa ſeu glo
rioſa quia talis viſio ſit in lumine glorie per quod vt dicit tho
mas prima par. queſtione. xij. eleuatur intellectus creatus ad
Pſalm̃. videndũ diuinam eſſentiam. Unde in pſal. In lumine tuo vide
bimus lumen. Quod autẽ requiratur hm̃õi lumen determina
uit eccleſia. extra de hereticis in clementinis. Ad noſtram. vbi
ſic dicitur. Dicere q̃ anima ratiõalis poteſt eſſe beata per na
turam q̃qꝫ nõ indigeamus lumine glorie eleuante ad deum vi
dendum et eo beate fruendum. error. Secundũ hoc autem lu
men efficimur deiformes. i. deo ſimiles. ſm̃ illud. j. io. iij. Ca
riſſimi nunc filij dei ſumus ſed nondũ apparuit quid erimus
Cum aũt apparuerit ſimiles ei erimus qm̃ videbimus eũ ſi
cuti eſt. Cum itaqꝫ hoc lumen glorie quod beatos deiformes
facit ſit lumen clariſſimũ et excellenter intellectũ clarificans:
idcirco viſio diuĩe eſſentie que eſt lumẽ increatũ q̃ ſit in illo lu
mine glorie eſt viſio clariſſima et limpidiſſima. ¶ Secũdo erit
hec viſio immediatiſſima quia videbitur diuina eſſentia in ſei
pſa non in aliquo repreſentato. Nam ſicut dicit apoſtolus. j.
corin. xiij. Tunc videbimus deum facie ad faciem. Eſt tamen

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in eo eſt maior fructus verbi dei. Scdm hoc igitur fructus dif
fert ab aureola q: aureola cōſiſtit in gaudio qd habetur de ope
ris perfectione: ſʒ fructus in gaudio quod habetur de ipſa diſ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

poſitione operãtis ſm gradũ ſpiritualitatis in quẽ ꝓficit ex ſe
mine verbi dei. Vñ ſicut aureola non debetur cuilibet victorie
ſʒ excellẽti:ita fructus ſuo mõ qui importat dulcedinẽ debitam
pro cõtinẽtia a carnali delectatione dabiť illi virtuti nõ q̃ ſpre
uit minores delectationes ſicut delectatiões guſtus puta ab
ſtinẽtie:ſʒ illi que ſpreuit maiores ſicut venereas.ſ.cõtinẽtie et
caſtitatis. ¶ Scðʒ boñ.ergo diuerſificatur triplex fructus ſm
triplicẽ cõtinẽtie diuerſitatẽ. Eſt em̃ continẽtia coniugalis:vi
dualis:et virginalis. Et de his loquitur dñs math.xiij.ꝙ que
dam ſemina ceciderũt in terrã bonã et dederũt fructũ aliud cẽ
teſimũ:aliud ſexageſimũ:aliud triceſimum. Prima eſt cõtinẽ
tia cõiugalis oĩ coitu ab illicito abſtinẽs. nõ tñ ab omni coitu
huic rñdet fruct⁹ triceſim⁹ in q̃ eſt denari⁹ q̃ eterna ſignificat
ꝛ ternarius.ſ.trium bonorũ cõiugũ vʒ ꝓlis:fidei:ꝛ ſacramenti
q̃ q̃dem ad denariũ referunť.i.ad gl̃iam ſempiternã. Itẽ ſuant
boni cõiugati denariũ decalogi ꝛ cõtinẽt ſe a tribus malis circũ
ſtantijs vʒ a tpe indebito:pſona indebita:ꝛ a circũſtantia inde
bita. Ideo ſtipes cõtinentie ramo triplici dilatat⁹ meritũ hẽbit
fructũ triceſimũ. Scða eſt cõtinẽtia vidualis abſtinẽs in carne
corrupta ab omni coitu. Cui rñdet fructus ſexageſimus in quo
eſt denari⁹ eterna ſignificãs et ſenarius operuʒ in quibus pro
pter denariũ eternorũ debẽt ſe excercere vidue ſm aplm.j.thi.
v.quorũ. Primũ eſt reddere vicẽ parẽtib⁹. Scðm inſtare oratio
nibus et obſecrationibus. Tertium filios educare. Quartum
paupes hoſpitio recipe. Quintũ pedes ſctõꝝ lauare. Sextũ tri
bulationẽ patiẽtib⁹ ſubminiſtrare. Itẽ vidua ꝯtinet p̃mo reſpe
ctu oĩʒ pſonarũ ꝛ ſcðo reſpectu oĩs tpis futuri ꝛ ſic dupl'r excedit
ꝯtinẽtiã ꝯiugalẽ.iõ duplũ fructũ hʒ reſpectu ꝯiugatoꝝ vʒ ſexa
geſimũ. Tertia ẽ cõtinẽtia ỽginalis abſtinẽs in carne icorrupta
reſpectu cuiuſlibʒ tpis ꝛ pſone. Cui fruct⁹ cẽteſim⁹ corrñdet q̃
ꝯſtat ex denario i ſe ducto. Iſte igiť fruct⁹ ꝯpetit ỽginib⁹ q̃ in
terra manẽtes ãgelicã vitã ꝛ ſpũalib⁹ delectationib⁹ plenã du
cunt ꝛ tm̃ iteri⁹ ſibi vacãt ꝓpť eternũ:bonũ qð ẽ denariũ i ſe du
cere. Itẽ denari⁹ ex cui⁹ ductu cẽtenari⁹ ꝯſurgit ẽ limes ꝛ termi
nus numeroꝝ. Virginitas aũt tenet ſpũalitatis limitẽ ſeu api
cẽ q ꝛ ad eã nihil de ſpũali addi.põt. Si q̃s aũt q̃rat vtrum aliq̃s
ð fructib⁹ debeať ifantib⁹ poſt baptiſmũ mortuis ꝛ rñdet alb.
ꝙ nõ ꝓprie:fruct⁹ em̃ debeť ꝓprie laborãti. Eſt aũt merces in
fantiũ muneris poti⁹ q̃ ꝟtutis vel laboris. Sicut etiam ager pro

Boñ. Cõtinẽtia triplex.

Pria cõtinẽtia.

Scða cõtinẽtia.

Tertia cõtinentia.

queſtio

rñſio.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fert aliq̄ q̄ ſpōte naſcunt ex bñficio ſolis tm̄. Itē ſi q̄s q̄rat vtrū
binubis .i. q̄ ſcd'o nupſerūt debeat fruct⁹ ſexageſim⁹ q̄n poſt
ea ꝯtinēt altero ꝯiugū mortuo? R̄ q̄ nō ꝓprie ſm albertum pe.
de pa. q2 ꝯtinētia vidualis a ſcd'is nuptijs abſtinet. Itē ſi q̄ras
vtrū illi q̄ nūq̄ꝫ i mr̄imonio fuerūt: nec tn̄ virginitatē ſeruauerūt
Petrus de pa. aliquē fructū habeāt? Dicit pe. de pa. di. xxxix. Sicut ad aureo
lā nō ſufficit votū ſeu ꝓpoſitū ſine effectu: ſic nec fructū. Ūn ſi
q̄s icōtinēs in morte peniteat cū ꝓpoſito ꝯtinēdi: aureā q̄dē hꝫ
ſꝫ nō fructū. Qui vero corrupt⁹ ꝛ penitēs vixit ſan⁹ cū ꝓpoſito
ſolū ꝯtinēdi mr̄imonialr̄ hēbit fructū triceſimū. Si aūt cū ꝓpo
ſito ꝯtinēdi ſimplr̄ fructū hēbit ſexageſimū. Cēteſimū aūt hr̄e
nō pōt ſicut nec aureolā q2 corde ꝛ corpe corrupt⁹ eſt. Ad idē ē
tho. d. q̄ fruct⁹ nō oib⁹ ꝯueniūt ſaluādis ſic pꝫ de his q̄ in fine
penitēt ꝛ icōtinēter vixerūt: eis eñ nō fruct⁹ ſꝫ eſſētiale ꝑmiū de
bet. Nō ēt cuilꝫ vidue ſꝫ ei ſolū q̄ ꝓponit ſuare viduitatē ꝛ ſuat
ſexageſim⁹ fruct⁹ debet. Notat tn̄ tho. q̄ fruct⁹ triplr̄ accipit.
Uno mō vt dictū eſt hacten⁹. Scd'o mō fruct⁹ ſpūalis ſumit ad
Fruct⁹ triplr̄ accipitur. modū ꝛ ſilitudinē corpalis fruct⁹ q̄ eſt q̄ddā ꝯmodū q̄d ex labo
re agriculture expectat. Et ſic fruct⁹ dr̄ illd ꝑmiū q̄d hō ꝯſequit
ex labore q̄ in hac vita laborat. Et ſic oē ꝑmiū q̄d i futuro habe
Primo. bit ex nr̄is laborib⁹ fruct⁹ dr̄. Et ſic accipit ro. vj. habetis fructū
Scd'o. vr̄m in ſctificationē: finē ꝟo vitā eternā. Tertio mō ſumit ſpūa
lis fruct⁹ ꝓ eo q̄d reficit tm̄ q̄uis nō ſit vltim⁹ finis. Et ſic vir
Tertio. tutes fruct⁹ dr̄ īq̄ꝫtū mētē ſincera delectatiōe reficiūt vt ābro
ſi⁹ dicit. Et ſic accipit ga. v. Fruct⁹ aūt ſpūs charitas: gaudiuꝫ
pax ꝛc.

¶ De glorioſa iocunditate accidētali beatorum.

S Ecūdū myſteriū pertinēs ad accidētalē gl'iam btōꝝ eſt myſteriū gl'ioſe iocūditatis. habebūt eñ bti iocūditatē non ſolū eēntialē de creatore ſꝫ ēt accidētalē de angelis ꝛ hōib⁹: de ſenſibilib⁹ ꝛ inſenſibilib⁹. Triplicē aūt huiuſmodi iocunditatē habebunt ſancti in patria. Primam ſupra ſe. Secundam intra ſe. Tertiam extra ſe.

yſa. xxxv. P Rimo ḡ iocūdabūt ſupra ſe. yſa. xxxv. Leticia ſempiterna ſup capita eoꝝ gaudiū ꝛ exultationē obtinebūt. Et hoc quītuplr̄. Pri°o q2 ſupra ſe ꝑ intellectū videbūt virginalē mr̄is deī mr̄nitatē de q̄ mirabilr̄ gaudebūt. Nā ſtatuat amor quē hñt oēs ſcti ad inuicē ex vna pte ꝛ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ex alia pte amor q̄ minim⁹ btūs diligit virginē glioſam: ⁊ credo
ꝙ talis amor de virgine glioſa oēm aliū excedit. qđ ptȝ ex trib⁹
p̄rio rōne cōceptiōis q: talis clare cognoſcit ꝙ btā virgo pl⁹ ꝑ
ſua ſalute poſuit ꝙ̄ tota rōnalis creatura. Scđo rōne ꝯpaſſiōis
q: qlibet intelligit ꝙ tota rōnalis creatura nec ſuſtinuit: nec ſu-
ſtinere pōt tm̄ dolorē ⁊ penā ꝑ ſua redēptiōe ꝙ̄tū virgo bn̄dicta
Vn̄ dicūt aliq̄ ꝙ ſi dolor ei⁹ diuideret in oēs paſſibiles creatu
ras pre magnitudine pene deficerēt. Jpa tn̄ v̄tute ſpūſſancti ſu
ſtinuit. Tertio rōne glificatiōis glia em̄ ei⁹ oim puraꝝ creatu
raꝝ gliam tm̄ excellit ꝙ̄tum circunferētia centruȝ: adeo magis
diligetur ⁊ ſic de ea rōne diuine maternitatis plus gaudebūt.
Scđo q: videbūt ſpālis ipſi⁹ celeſtis regine charitatē: mirabilē
em̄ dilectionē hȝ virgo btā etiā ad minimū ſctm̄ tantā ꝑfecto ꝙ
oēs alioꝝ ſctōꝝ amores excellit vt circūferētia centrū cōſidera
to fontali principio vn̄ talis amor originē hȝ. Videns aūt mini
m⁹ ſctūs tm̄ ſe diligi a virgine glioſa intm̄ inflammat̄ in amorē
eius ac intm̄ gaudet de glia ei⁹: ꝙ quotiēs ⁊ ꝙ̄tū intelligit eaȝ
ſe in glia ſuperare: totiēs ⁊ intm̄ de glia ei⁹ quaſi de ꝓpria glia
letat̄. Tertio q: videbūt glioſam aīe xp̄i ſublimitatē de q̄ dr. j.
pe. j. Jn quē deſiderāt āgeli ꝓſpicere ſcȝ ꝓpter admirādā pul
chritudinē ei⁹. Quarto q: videbūt inextimabilē corpis xp̄i cla-
ritatē licȝ aūt viſio corporalis hmōi claritatis pertineat ad glo
riā cōſubſtantialem btōꝝ vt ptȝ ex ſupradictis: viſio tn̄ ei⁹ ꝑ in
tellectū ⁊ ꝯſideratio intellectualis ptinet ad gliam accidenta
leȝ. Videbūt inꝙ̄ bti glioſum xp̄i corp⁹ ⁊ faciē. O ꝙ̄ta erit leti
cia btōꝝ cum regē celoꝝ in decore ſuo videbunt. yſa. xxxiij. Re yſa.
gem in decore ſuo videbunt qđ expectauit pſ. xl. Jmplebis me xxxiij.
leticia cum vultu tuo. Quinto q: ipſius xp̄i hois videbunt diui pſ.
naȝ perſonalitatē. Jpſa em̄ xp̄i humanitas perſonatur pſonali
tate diuina ⁊ nō hūana. ⁊ hoc ꝓpter illā glioſam vnioneȝ q̄ vnit̄
humanitas verbo diuino. Quis enarrare poſſet gaudiuȝ qđ ha
bebunt ſancti cū videbūt fratrē ſuū ſm̄ carnē verū deū eſſe qđ
videre ſperans iob letanter ait Job. xix. Jn carne mea videbo Job. xix.
deū ſaluatorem meū. Hinc io. x. dicit xp̄s. Ego ſum oſtiuȝ ꝑ me
ſi q̄s introierit ſaluabit̄ ⁊ ingrediet̄ ⁊ egredietur ⁊ paſcua inue
niet: qđ exponēs au. ait. Propterea de⁹ fact⁹ eſt hō vt totuȝ ho
minē in ſe glificaret vt ſiue ingrediat̄: ſiue egrediat̄ paſcua in Augu.
ueniat in ſuo paſtore xp̄o. i. ſiue ingrediat̄ ad ꝯtēplationē diui-
nitatis: ſiue egrediatur ad cōtēplationē hūanitat̄ vtrobiꝙ̄ in

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

*Pſ.*

explicabilem leticiam ⁊ gaudium experiatur. De predictis bo
nis ait pſ. Credo. vi. bona domini in ter. vi.

*In pr̃ia ſunt duodeci q̃ faciũt ſenſuũ interiorꝫ ⁊ exteriorꝫ maximã delectationem.*

SEcũdo hẽbũt ſcti iocũditatẽ intra ſe. Et hoc quintu
plr̃. ¶ Prio in ſenſuũ interiorꝫ melioratiõe. Nã ƀꝫ io.
de tãba. vbi prĩ⁹ in pr̃ia ſunt duodeci q̃ faciũt ſenſuũ
interiorꝫ ⁊ exteriorꝫ maximã delectationẽ. Primũ eſt
ſpirituũ puritas. Scdm ꝯplexiõis bonitas. Tertium iuuenilis
etas ƀm em̃ phm. viij. eth. In ſenib⁹ min⁹ eſt de delectatione
q̃ꝫ in iuuenilib⁹. In etate aũt xp̃i reſurgem⁹ ƀm aplm. Quartũ
ſenſuũ ꝑfectio. Q̃to em̃ potẽtia eſt ꝑfectior tãto opatio eſt dele=
ctabilior ƀm phm. iiij. ethi. Quitũ eſt opationũ attẽtio: operabi
mur em̃ tũc attẽti⁹ q̃ꝫ in via. q2 tũc nulla erũt impedimenta. In
de ſurget maxima delectatio. Sextũ ſine organorꝫ leſiõe ſenſuũ

*Phs. iiij eth.*

perfecta actuatio. Septimum ſine labore ⁊ tedio ꝯtinua ſenſa=
tio. Octauũ delectatiõis cũ triſticia impermixtio. Nonũ. In to
to ꝓceſſu delectatiõis equalis ꝯtinuatio. Decimũ corporꝫ glo
ſorꝫ a lõginquo ſenſatio puta vidẽdo: odorãdo ⁊c. qd delectabi
li⁹ eſt. q2 ſic a longinquo videndo ⁊ audiẽdo ⁊c. plura videm⁹ ⁊
audimus. ⁊c. Undecimũ. In tali ſenſatiõe intellect⁹ ⁊ affect⁹ ꝑ
accidẽs habita recreatio ⁊ hoc ꝑ pñtiam dei in omnib⁹ reb⁹ exi
ſtẽtẽ maxime in xp̃o. Duodecimũ ꝑ ſenſum acq̃ſita pri⁹ merito
rũ accumulatio ⁊ hoc ẽt in ꝯparatiõe vni⁹ ſenſ⁹ ad aliũ ⁊ vnius
mẽbri ad aliud q2 ſi q̃s ƀm aliquẽ ſenſuꝫ hic pl⁹ meruit ꝑuatiue
vel poſitiue q̃ꝫ ſcdm aliũ ƀm hoc ẽt pl⁹ premiabiť vt ocul⁹ a va
nis viſibilib⁹ abſtinẽdo vel euchariſtiã deuote videndo ⁊ ſic de
alijs. Uñ diues in inferno ƀm gre. Ubi pl⁹ peccauit ibi ampli⁹

*Grego.*

ſ. in ligua tort⁹ ẽ: ſic ẽt eadeꝫ rõne lazar⁹ vbi pl⁹ meruit ibi plus
premiať. ¶ Scdo in iraſcibilis ⁊ cõcupiſcibilis quietatiõe q2 ꝯcu
piſcibilis ãpli⁹ de ſenſibilib⁹ delicijs nõ poterit optare cũ ſit in
apice perfecto. Nec iraſcibilis habebit alicui triſti repugnare
nec aliquid tanq̃ꝫ difficile ⁊ arduũ cõſignificare. ¶ Tertio in in

*Intellectus aie btẽ sciet innũerabilia per quinq̃ꝫ ĩfluxus. Thom.*

tellect⁹ ꝑfectione reſpectu oĩm ſcibiliũ. vbi notãdũ ꝙ intellect⁹
aie btẽ q̃ dãmõ ſciet innumerabilia ꝑ q̃nq̃ꝫ influxus. Primo per
ſpẽs influxas ſicut ⁊ alie ſubſtãtie ſepate. Scdo ꝑ ſpecies hic ac
quiſitas in via. Tertio ꝑ ſpecies receptas ꝑ ſenſus corpis glifi
cati. Quarto ꝑ illuminationẽ aie xp̃i ⁊ btẽ v̄ginis ⁊ aliorꝫ btõrũ
ſuperiorꝫ. vñ dicit tho. i. iiij. di. xlix. Qñ glia hoĩm ⁊ ãgelorꝫ erit
penit⁹ ꝯſummata: oẽs bti ſciẽt oĩa q̃ de⁹ ſcit ſcĩa viſionis. i. oĩa
q̃ vnq̃ꝫ ſunt ꝑterita; oĩa pñtia et q̃ vnq̃ꝫ ſunt futura. Ita tñ ꝙ nõ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

oēs beati oīa videāt in diuina eſſentia:ſʒ aīa xp̄i ibi plene vide
bit oīa ſicut et nunc videt. Alij aūt videbunt ibi pl'a vel paucio
ra ſm gradū q̄ deuʒ cognoſcēt. Et ſic aīa xp̄i de his que pre alijs Apoca.
videbit in ṽbo alios illuminabit. vñ dr apo.xxi. ꝙ claritas dei xxi.
illuminabit ciuitatē btōꝝ ⁊ lucerna eiꝰ eſt agnꝰ. ⁊ ſilr alij ſupe
riores illuminabūt inferiores nō quidē noua illuminatione vt
ſciētia inferioꝝ per hoc augeatur:ſʒ q̄dam cōtinuatione illumi
natiōis. ſicut ſi intelligat ꝙ ſol quieſcens illuminat aerē. Et iō Dan.xij
dr dan.xij. ꝙ qui ad iuſticiā erudiūt multos erūt q̄ſi ſtelle i ppe
tuas eternitates. prelatio aūt ordinū dr ceſſatura q̄tuʒ ad ea
q̄ nunc circa nos per angeloꝝ ordinata miniſteria exercentur.
hec tho. Quinto in diuina eſſentia vel ſpali dei influētia cogno
ſcent oīa ēt indiuidua. In hmōi igr̄ cognitionibꝰ mirabilr gau
debit quilibet btūs ſed excellentiſſime in hoc gaudebit q̄libet
btūs ꝙ intelliget in ſe inſeparabilē diſpōnem tā in aīa q̄ȝ in cor
pore q̄ poterit i eternū gl'iaʒ dei poſſidere. Quis.n.exp̄mere ſuf
ficit q̄ta iocūditate dilatabunt cognoſcēdo ⁊ cōtemplādo per yſa.lx.
petuitatē ſue btitudinis. Vñ ad quēlibet eoꝝ dr yſa.lx. Tūc vi
debis ⁊ afflues ⁊ mirabit ⁊ dilatabit cor tuuʒ. De perfectione
aūt ⁊ plenitudine huiꝰ noticie beatoꝝ dicit anſel. libro de ſilitu. Anſel.
Btitudinis pars eſt ſapiētia q̄ hic ſe quis carere extimat:ſi q̄d
non agnouerit qđ alterum ſcire putauerit ſed q̄ ſapīa eiꝰ qui ſe
ip̄m ignorat? Quis em̄ pfecte cognoſcere valeat cuiuſmōi res
ſit corpus eiꝰ anteriꝰ:quale poſterius ⁊ interius. In futuro au
tē beatꝰ nihil eoꝝ q̄ ſcire voluerit ignorabit:qr in ſumma ſapīa
totiꝰ creature bonitatem videbit:quā in deo meliꝰ q̄ȝ in ſeipſa
relucescere ꝯſtat. Ibi ſinguli oēs:ibi ab oībꝰ ſinguli cognoſcent
Nec quicq̄ȝ oīno latebit:qua patria:q̄ gēte:q̄ ſtirpe:quis editꝰ
fuerit:vel quid etiā in vita ſua fecerit. Sed diceres. Nunquid Queſtio
ſcelera mea q̄ erubeſcenda cunctis ꝯfeſſio deleuerat:ibi cunctis
in aperto contuenda tradentur in cordis mei libro? Sed tu cui
tanta dimiſſa ſunt nūquid ingratus eris? Certe vt in illius lau
dibus eternalr iocundꝰ ſis:ſp de q̄ta miſeria ſis erutꝰ vt puto
corā habebis. Cum ergo ſinguloꝝ cōſcie ſingulis pateant: fa
teri audeo curata crimina ſine cōfuſione ad magnā miam dei:
eiuſq̄ȝ gratificationē tuāq̄ȝ ꝯgratulationē cūctis patere. Nō em̄
ꝑ pctis maior cordis anguſtia hmet:ſceleꝝ ve tuoꝝ magis pu
debit q̄ȝ aliquē magnis vulneribus ſauciatum nuncq̄ȝ ex omni
parte ſanatuʒ. Aboliti languoris moleſtia nunq̄d aliquē hmit?

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶Quarto em̄ erit iocūditas iterior in p̄teritoꝝ gratiſſima cō-
tēplatione. Nā tūc diſtinctiſſime videbūt tā in ꝓpꝛiis opib⁹ ꝙ̄
in alienis q̄uo ſ᷑m apl'm diligentib⁹ deū oīa coopant̄ in bonū
celū: terra: mūd⁹: infern⁹: boni ⁊ mali: ꝓſpa ⁊ aduerſa: demon:
et bon⁹ angel⁹. Tūc videri poterūt iudicia dei q̄ ſunt hic abyſ
ps. ſus mlta. vn̄ ps̄. mirabar di. zelaui ſup aliq̄s pacē pctōꝝ vidēs
qꝛ nō ē reſpect⁹ morti eoꝝ ⁊c. Et ſequit̄. Donec itrem in ſctūa
rium dei ⁊ intelligam in nouiſſimis eoꝝ. i. poſt hāc vitā. Hinc
erūt tot gaudia quot beati cōſiderāt dona eis collata in via.
Hinc etiā maxia gaudia habēt ꝙ euaſerūt oēs vermes cōſcien
tie quos habēt dānati in inferno. ¶Quinto in oīm opationū
ad dei voluntatē cōformatiōe. Sicut em̄ dānati ꝑpetue deum
blaſphemāt: ita iſti ꝑpetue deū honorāt. Et ſicut dānati ꝑ q̄-
libet ſuo malo actu eēntialē penā habēt. i. inſeꝑabilē deordi-
nationē ſ᷑m illō aug. li. cōfeſ. Iuſſiſti dn̄e ⁊ ſic eſt vt pena ſibi ſit
oīs inordinat⁹ anim⁹: ita ſaluati in quolibꝫ actu ſuo quoddaꝫ
inſeparabile ⁊ cōtinuū p̄miū hn̄t ⁊ cōplacentiā de bonis acti-
bus quos deū in eis vidēt operari.

Quintu plr ſan-cti habe būt iocū ditatem acciden talez ex tra ſe. TErtio habūt ſcti iocunditatē accidētalē extra ſe. Et
hoc q̄ntuplr. ¶Pꝛio ex celi collocatiōe. Eſt aūt celū
in q̄ locant̄ btī (ſ᷑m doctores in ſcd̄o) dctm̄ empireū ob
ſui luminoſitatē nō ob calorē. Eſt ēt capacitatꝭ quo
dammō īfinite. baruch. iij. O iſrl' ꝙ̄ magna eſt dom⁹ dn̄i ⁊ igēs
loc⁹ poſſeſſiōis ei⁹. Eſt etiā viniforme: imobile ⁊ incorruptibi-
le intra ſe ſplēdidiſſimū: ad extra nō radiatiuū ad viſum nr̄m
lꝫ ſ᷑m tho. in ſumma in iſta iferiora nobiliſſime influat. Potes
Queſtō aūt q̄rere vtrū in celo ēpireo ſint diuerſe māſiōes? Rn̄det tho.
Rn̄ſio. in. iiij. di. xlix. ꝙ ſic. Ubi tria ſcd̄m eū notāda ſunt. Pꝛimo ꝙ in
btīs ſunt diuerſi gradus beatitudinis nō quo ad obiectū qd̄ ē
vnū ⁊ idē reſpectu oīm. ſ. ipſe de⁹. Iō dr̄ math. xx. ꝙ oēs accepe
Mat. xx rūt ſingulos denarios. ſ. quo ad opationē qꝛ vn⁹ alio clarius
deū videt: ⁊ ꝑfecti⁹ eo fruit̄ ſ᷑m ꝙ plus meruit. Iō dr̄. j. coꝝ. xv.
Stella differt a ſtella ī claritate: ſic erit ⁊ reſurrectio mortuoꝝ.
Scd̄o notandū ꝙ ſunt ēt in celo diuerſi grad⁹ māſionū corpis
Io. xiiij. et aīe iux̄ illō io. xiiij. In domo pr̄is mei māſiōes mlte ſunt. Et
rō ē qꝛ in q̄libꝫ ciuitate ⁊ palatio bn̄ ordinato ē māſionū diſtin
ctio: ſꝫ celū eſt ordinatiſſima ciuitas. vt dicit̄ apo. xxj. De man
ſione aūt aīe eſt cōſiderandū ꝙ ſicut in corpalibus māſio ē lo
cus in quo q̄ete q̄s habitat poſt motū: ſic in ſpūalibus poſtq̄

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hic virtutū motib⁹ aīa laborauit:tādē in loco ſuo vȝ i deo quie
ſcet dulciſſime velut in domo ꝓpria dñte.b.aug.i.cōfeſ. Feciſti Aug.
nos dñe ⁊ inqetū eſt cor nrm donec requieſcat in te. Et mat.xi. Mat.xi.
xp̄s ait. Uenite ad me oēs q̄ la.⁊.o.e.⁊.ego ⁊ reficiā vos. ſeq̄r ⁊
inuenietꝭ requiē aiab⁹ vr̄is. Uñ aſſecutio vltimi finis appetiti
ui mot⁹ nr̄i dr̄ māſio.⁊ iō diuerſi modi aſſequēdi finē vltimuȝ
dñr diuerſe māſiōes.⁊ tñ ē vnica oīm māſio ⁊ dom⁹ ex pte ob-
iecti. De māſione aūt corpis eſt intelligēdū ꝙ loc⁹ ille cōgruit
corpi glīficato ⁊ ſibi ptinet ad p̄miū accidētale nō ſolū ſm ꝙ
actu cōtinet corp⁹ cū nihil īfluat in corp⁹ glioſuȝ ſȝ magis re
cipiat ſplēdorē ab ipo:ſȝ ſm ꝙ ei debit⁹ eſt ꝑ meritis. vñ gau-
diū de tali loco manet ēt ei q̄ eſt extra locū illū. Tertio notādū
ꝙ q̄ ad p̄miū eēntiale ille ſimpl'r i celo hēbit māſionē ꝓpiqorē
deo q̄ hic pl⁹ hūit de charitate. Quis ⁊ ipo gñe actus meritoꝝ
poſſit cōſignificari diuerſitas nō reſpectu p̄mij eēntialis qđ ē
gaudiū de deo ſȝ reſpectu alicui⁹ p̄mij accñtalis qđ eſt gaudiū
de bono creato. In domo aūt celi empirei corpal'r vn⁹ ꝓpin-
quior erit hūanitati xp̄i q̄ali⁹ ſm q hic plus meruit vt ꝓbabi
le vr̄ ſi ꝓpinq̄tati aīe ad deū corrn̄det corpis ꝓpinquitas ad
hūanitatē xp̄i. ¶ Scđo habebūt gaudiū ex ſe ex mūdi renoua
tiōe. De quo notat tho.in.iiij.di.xlvij.ꝙ qꝛ mūdus aliq̄ mō fa
ctus ē ꝓpter hoīem:opȝ ꝙ qñ hō glīficat ſm corpus etiā ele-
mēta hui⁹ mūdi ad ſtatū meliorē mutenꝭ. vt ſic loc⁹ ſit ꝯueniē-
tior ⁊ aſpect⁹ dlectabilior. fiet aūt hec purgatio ꝑ cōflagratio
nē ignis elementaris ſm aug.x.de ci.dei.⁊ hr̄ in glo.i.co.ꝑ.vij.
ſup illo. Figura hui⁹ mūdi p̄terit ad infernū aūt purgamēta
deducenꝭ ita ꝙ q̄cquid ē groſſuȝ ⁊ fedū in elemētis ſepabiꝭ a
puro et retrudeꝭ in īfernū. q̄cq̄d aūt pulchrū ē ⁊ nobile:ſubtile
et lucidū in ſupiorib⁹ reſeruabiꝭ ad glīam ſctōꝝ vt dicit gl. ba
ſilij ſup illo pſ. Uox dñi intercidētis flāmā ignis. Uñ lu.iij. Cu Luc.iij.
ius.ſ.iudicis vētilabꝛū in manu ſua ⁊ purgabit areā ſuā ⁊ cō
gregabit triticū ſuū.i.electos in horreū. paleas aūt.i.repro-
bos cōburet igni inextinguibili. Scđ ergo tho.⁊ alios docto
res in.iiij.diſ.xlvij. purgabunꝭ corpa elemētaria. vñ terra tūc
erit ſicut criſtall⁹ ⁊ planabiꝭ. aer erit clarior nec hēbit obſcurita
tē:aut vētos:aut hmōi. aq̄ ēt ⁊ ignis fiēt puriora. Alia aūt cor
pora īnouabunꝭ ſupi⁹ qꝛ ſol ſtabit i oriēte:luna in occidēte:et
mot⁹ oīm celoꝝ ceſſabit ⁊ oīa āpliori luce illuſtrabūꝭ. vñ yſa.xl yſa. xl-
vj. Ecce ego creo celū nouū et terrā nouā.⁊ nō erūt in memo- vj.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Apoca. ria pora. Et apo.xxi. Uidi celū nouū ⁊ terrā nouā. Et yſa.xxx.
xxi. Erit lux lune ſicut lux ſol' ⁊ lux ſol' ſeptēpliciter ſicut lux ſeptē
yſa.xxx. dierū in die q̄ alligauerit dn̄s vulnus ppl'i ſui. Ubi glo.interli.
Poſt iudiciū ⁊ celū erit nouū ⁊ terra noua. Oia em̄ ꝓpt hoiem
facta in ei⁹ lapſu peiorata ſunt. ⁊ ſol ⁊ luna ſuo lumie minora
ta.hec ibi. Et vt di.tho. Minoratio illa ē itelligēda nō ad lrāz
in ipſis celſiſſz q̄ ad vſuz hois qr hō poſt pctm̄ nō tm̄ cōmodū
cōſecutus ē ab eis ſicut an̄. Per quē modū ⁊ gen̄.iij.terra dr̄ ma
ledicta in ope ade. Un̄ hō an̄ pctm̄ tantū cōmodū hūit ex lumi
ne lune ſicut nūc ex lumie ſolis. Sed poſt reſurrectionē lux lu
ne ⁊ ſolis augmentabit ſcd̄m rei ꝟitatē. hec oia ex tho. Scd̄m
etiā ipm tho. Nō manebūt aialia: plante: et mineralia ſm ſub
ſtantiā poſt iudiciū. hec em̄ corruptibilia ſolū ſunt creata pro
pter hoiem vt eū in hoc exilio iuuēt ad pr̄iam. ¶ Tertio ſocū
ditatē accidentalē hēbunt extra ſe ex maloꝝ ſegregatiōe. Un̄
ex iſta rōne tot gaudijs gaudebūt: quot dānatoꝝ demonū et
hoim euaſerūt ſocietates: gaudebūt tn̄ maxime de incluſiōe
pctōꝝ. qr ſcz pctā q̄ maxime hoibus nocuerūt poſt diē iudicij
in iferno ſicut in loco ꝓprio claudent. ¶ Quarto de dānato
rū pnuitiōe. Tāta em̄ erit vnio volūtatis btōꝝ ad dei volūtatē
ꝙ nō poterūt aliud velle q̄ȝ ipſe vellt. ⁊ ideo cū eo congratula
ꝓuer.j. buntur pulchritudini iuſticie ei⁹. ſm ꝙ ipſe dicit ꝓuer.j. Ego
q̄ꝫ i iteritu vr̄o ridebo. Et de iuſtis dr̄. Letabit iuſt⁹ cū viderit
vindictā. ſ. cuiuſlibz dānati. Itē ps. Sup eū ridebūt ⁊ dicēt ec
ce hō qui nō poſuit deū adiutorē ſuū ſed ſpauit in multitudie
diuitiarū ſuarū ⁊ ꝓualuit in vanitate ſua: ſz nūc ꝑmit iuſticia
ps. aliena. ¶ Quito de btōꝝ libatiōe. In quoꝝ pſona ps. ait. Aia
nr̄a ſi. paſ. erep. ē de la.ve. laq̄us ꝯtri. ē ⁊ nos li.ſu. Et ro.viij. dr̄
ipa creatura (.ſ. btā) liberabit a ſuitute corruptiōis i libertate
glie filioꝝ dei. Liberant aūt bti ꝑcipue a triplici miſeria. ¶ Pri
Beati p̄ mo a miſeria periculoꝝ puta demōis: pcti: ⁊ inferni. Jō dicit q̄
cipue a libz btūs illud eccli.lj. Liberaſti me ſm multitudinē mie nois
triplici tui a rugiētib⁹ ꝓpatis ad eſcā ⁊ de manib⁹ q̄rentiū aiam meā
miſeria et de multis tribulationib⁹ q̄ circūdederūt me. In hui⁹ myſte
liberāt. riū dr̄.ij.macha.j. De magnis piculis a deo liberati magnifi
ce grās agim⁹ ipi. vtpote q̄ aduerſus talē regē dimicauim⁹. ſ.
Job.xlj aduerſus diabolū: de q̄ hr̄ iob.xlj. Ipſe ē rex ſup oēs filios ſup
bie. Et in eodē.c.an̄. Nō eſt ſup terrā ptās q̄ cōpet ei. In beati
tudine igit celeſti nō ē diabol⁹ tentās ãpli⁹: nō caro aduerſus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſpm̄ concupiſcens: nõ amor mūdi cor hoīs alliciēs: nõ picula aliq̄. Jõ di. ber. o felix aīa q̄ ſeulēte carnis ſupata miſia in diuine ſapie lumie req̄eſcit. Et pau. ro. vij. deſiderat liberari ab hmōi piculo di. Infelix ego hō q̄s me liberabit de corpe mortꝫ huius? Et augu. libr. ſol. Felices q̄ de naufraga pñti vita ad tāta gaudia iā puenire meruerūt. Infelices nos et miſeri q̄ p huius maris fluctꝰ pcelloſas voragines trahimꝰ nauē ignorantes viā p quā ad ſalutis portū puenire valeamꝰ. Infelices inq̄ quoꝝ ē vita in exilio: vita i piculo: finis in dubio: neſciētes finē nrm̄ qr oia in futurū reſeruant incerta ꝛ adhuc in pelagi fluctibꝰ verſamur ſuſpirātes ad portū. Hec ille. ¶ Scdo liberātur btī a miſeria doloꝝ. Apoca. xxi. Abſterget deꝰ oēm lachrymam ab oculis eoꝝ ꝛ mors vltra nō erit: neq̄ luctus: neq̄ clamor ꝛc. ¶ Tertio a miſeria timorū. puer. i. dicit diuina ſapia. Qui me audierit abſq̄ timore req̄eſcet: abūdātia pfruet malorū terrore ſublato. Et leui. xxvi. Abſq̄ pauore hitabitis in terra vr̃a: dabo pacē i finibꝰ vr̃is. dormietꝫ ꝛ non erit q̄ exterreat.

Augu. Apoca. xxi. puer. i.

## ¶ De glorioſa ſocietate beatorum.

Tertium myſteriū pertinens ad gl'iam accn̄talē btōrū eſt myſteriū gl'ioſe ſocietatis. Ex hac eni ſocietate btoꝝ invnū cōgregata erit ſpālis quedā ꝛ inenerrabilis leticia in beatis pp̄ter tria. Pmo propter ineffabilē charitatē. Scdo pp̄ter inexplicabilē nūeroſitatē. Tertio pp̄ter inextimabilē varietatē.

Primo pp̄ter eoꝝ ineffabilē charitatē. Quilibꝫ eni eoꝝ diliget aliū quēcūq̄ btm̄ plus vel minus ſm̄ gl'ioſam eius pfectionē actiuam vel paſſiuā q̄ erit in ſctō. Jõ dn̄ ait pſ. Unam petij a dn̄o. ſ. vitā eternā. Et nō determinat quā vnā petijt vt inuat q̄ eſt ſummū bonū ꝛ vniuerſale. Et ſubdit hāc req̄rā: i. iterū atq̄ iterū q̄rā vt ihitez in domo dn̄i oibꝰ diebus vite mee vt videāt voluntatē dn̄i tā in ſe q̄ in ſuis btis. et viſitē tēplū eiꝰ. i. totā celeſtē hierl'm. i. oēs btōs qr ſicut alibi dicit pſ. Tunc dn̄s reuelabit cōdenſa. i. vmbracula myſterioꝝ q̄ in pñti dicta ſunt de gl'ia padiſi manifeſta fiet ꝛ in tēplo eiꝰ oēs dicēt gl'iam. Ex charitate itaq̄ ꝛ amicicia mutua multiplex erit inter eos leticia. Uñ anſel. pſo. ca. pe. Interroga intima tua ſi cape pñt gaudiū de tāta btitudie ſua. Sꝫ certe ſi q̄s alius quē o īno ſicut teipm̄ diligeres eādē btitudinē haberet.

Pſ. Anſel.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

duplicaret gaudiū tuū. Si vero duo vel tres vel multo plures idipm haberēt: tātūdē ꝑ ſingulis quantū ꝑ teipo gauderes ſi ſingulos ſicut teipm amares. Ergo illa ꝑfecta charitate innumerabiliū btōꝝ āgeloꝝ ⁊ hoim vbi null⁹ min⁹ aliū diliget ꝙ ſe ipz: nō aliter gaudebit qſ ꝑ ſingulis alijs ꝙ ꝑ ſeipo. Si ergo cor hominis de tāto bono ſuo vix capiet gaudiū ſuū quō capax erit tot ⁊ tātoꝝ gaudioꝝ. hoc āſel. Itē de hac amicitia dicit idē

Anſel. anſel. li. de ſimili. Perfecta amicitia ē q̄ in inimicitiā cōuerti nō pōt. Hic aūt ſi qs tātā amicitiā hēret ad aliū velut pr̄ ad filiū vel tn̄ pōt i inimicitiā: ſz i pria ꝙtū ſe qſqz tm̄ ⁊ tādiu diliget alterū nec video quō poſſit alit̄ eſſe. Preſerti cū oēs vnū corp⁹ xp̄i ſint ⁊ xp̄s oim pr̄ ſit ⁊ caput. hec ille. Si igit̄ in hac vita miſera iocūdū eſt hr̄e amicū verū ⁊ fidelē: ⁊ delectabile ē amicis cõuiuere pp̄

Eccleſ. xxv. qđ dicit ſapiēs eccl'. xxv. Btūs q̄ iuenit amicū veꝝ: ꝙta tūc erit iocūditas tātos: tales ⁊ tot amicos tā ꝑfecte fidelit̄ ⁊ veraciter diligētes hr̄e ⁊ ipm fontē amicicie poſſidere. Tāta ſiqdez vis charitatis eos inuicē ſociat: vt vnuſqſqz qđ in ſe non accepit: in

Anſel. alio accepiſſe ſe gaudeat. Ex hac autē charitate ⁊ amicitia mutua erit inter eos ꝑfectiſſima cōcordia. de q̄ ſic dicit Anſel. Concordiā nec ad noſipos hic plerūqz hēm⁹ cū corp⁹ ⁊ aīa diſſideāt ſz hec ceſſabūt cū corp⁹ ⁊ aīa in deū tēdēt. Ecclīa em̄ vna erim⁹

Dubiū. ⁊ xp̄i corp⁹ ⁊ xp̄s erit caput ⁊ ſpōs⁹. Sz dicis. Si ego q̄ volo ha-

Rn̄ſio. buero: ⁊ idē mecū oēs volūt: ꝗ maior petro eſſe potero ſi voluero Rn̄deo ibecillitati tue. Te maiorē eſſe petro velle nō potes qr hoc velle eſt ſe nihil velle eſſe. Illi em̄ eſſe eq̄lē in glīa velle non poteris cui⁹ meriti ipar es. Pulcherrimū em̄ illđ corp⁹ ꝑ nullo cōmodo violare velles. In hūano etem̄ corpe nec pes man⁹ eſſe appetit: nec ocul⁹ auris: ſic in illa dei ciuitate admirabili: quiſqz

Thom. em̄ ꝑ modulo ſuo ſatiabit̄ vt nec ampli⁹ velle poſſit. Tho. ēt in iiij. di. xlix. aſſignat rōnē di. In btīs erit ꝑfecta charitas. vn̄ ibi q̄ libz pl⁹ deū diliget ꝙ ſeipm. Et iō mag' volet id qđ eſt ꝯueniēs deo: ꝙ id qđ ei eēt vtili⁹. Et iō mag' volet diuinā iuſticiā ſaluari in hoc ꝙ ipe min⁹ hēat qđ ē deo ꝯueniēti⁹: ꝙ i hoc qđ pl⁹ hēat qđ eēt ſibi vtili⁹ qr hoc ēt ē ei ꝯueniēti⁹ ſicut puero ꝯueniētior ē tunica ſibi ꝓportionata iuxta ſui corpis ꝙtitatē ꝙ maior ⁊ ꝓlixior ⁊ de ea eſt magis cōtent⁹ quo ad vſum ſuū ꝙ de maiori.

Secūdo erit inenarrabilis quedam accidentalis leticia in beatis ex glorioſa ſocietate ꝓpter inexplicabilez nūeroſitatē. Sancti nēpe dilatāt ſpūalē atqz gl'ioſuz aſpectum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ad infinitū nūerū btōꝝ in q̄bꝰ multiplicāt q̄ſi innumerabiliter ſuā accn̄talē gl'iam. vn̄ ex hac rōne tot gaudijs gaudebūt quot cōſodales hn̄t āgelos ꝛ hoīes. De hmōi aūt inūerabili multitudine dr Apo.vij. Uidi turbam magnā quā dinūerare nēo poterat ꝛc. O ꝙ̄ mirabile ꝛ ꝙ̄ iocūdū erit videre tot ꝛ tātas tā glo apo.vij.
ſaʒ ꝛ nobiliſſimā ſocietatē i q̄ oēs erūt reges vt ſupꝰ dictū fuit.

Tertio ꝑpter inextimabilē varietatē. Nā gaudebūt equales de glīa equaliū. maiores de glīa minoꝝ: mīores de glia maioꝝ. vn̄ de q̄libʒ aīa btā dici pōt illud ps. Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu de ps.
aurato circūdata varietate. ſ. glīe ꝛ pulchritudinis ſanctorum. Propter p̄dicta bn̄ dicit āſel. li. pſo. Cur per multa vagaris Anſel.
homūcio q̄rendo bona aīe tue et corporis tui. Ama vnū bonū in q̄ ſunt oīa bōa ꝛ ſufficit. Si te dlectat pulchritudo fulgebūt iuſti ſicut ſol. Si voluntas aut fortitudo: aut libertas corpis cui nihil obſiſtere poſſit: erunt ſimiles angelis dei qꝛ ſeminat corpꝰ aīale ꝛ ſurget corpꝰ ſpūale ptāte vtiq̄ nō natura. Si lōga ꝛ ſalubris vita ibi ſana eſt eternitas ꝛ et̄na ſanitas qꝛ iuſti ī ppetuū viuēt ꝛ ſalꝰ iuſtoꝝ a domino. Si ſatietas: ſatiabimur cū apparuerit glīa dei. Si ebrietas: inebriabunt ab hubertate domꝰ eiꝰ. Si melodia: ibi angeloꝝ chori cōcinūt ſine fine deo. Si q̄libʒ mūda voluptas: torrēte voluptatis ſue potabit eos deꝰ. Si ſapīa: ipa dei ſapīa oſ̄ndet ſeipam. Si amicitia diligēt deū plusq̄ ſeipos: ꝛ inuicē tāq̄ ſeipſos. Si cōcordia: oībus illis erit vna volūtas: qꝛ nulla erit ibi niſi dei volūtas. Si ptās: oīpotētes erūt volūtatis ſue ſicut deꝰ ſue. Nā ſicut pōt deꝰ qđ vult per ſeipʒ ita poterūt illi qđ voluerūt ꝑ illū. Si honor ꝛ diuitie: dans ſeruos bonos ꝛ fideles ſupra multa bona cōſtituet: immo filij dei ꝛ dij vocabunt: ꝛ erūt. Et vbi erit filius dei: ibi erūt ꝛ illi hr̄des quidē dei: coheredes autē xp̄i. Si vera ſecuritas: certi ita erunt vt nullatenus iſta vel potius illud bonū ſibi defuturum ſciant. Interroga intima tua ſi capere poſſunt tantum gaudium ſuum de tanta beatitudine ſua. hec ille. O igitur ceci mundani qui paradiſum facitis de hoc mundo qui eſt paradiſus aſinoꝝ: cur ſurſum corda nō erigitis? Excellentiā aūt ineffabilem illius celeſtis glorie de qua diximus tā ſubſtātialis ꝙ̄ cōſubſtantialis: ꝙ̄ etiā accidētalis magna cū dulcedie cōſiderans aug. in li. ſolil. dicebat. O regnū eternū: regnū oīm ſeculo
rum. vbi lumen indeficiens: ꝛ pax dn̄i que exuperat oēm ſen Augu.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſum in qua ſanctorū aīe requieſcūt ⁊ leticia ſempiterna ſup capi
ta eorū. O ꝙ glīoſum eſt regnū ꝗ tecū dn̄e regnāt oēs ſcti ami
cti lumine ſicut veſtimento: hn̄tes in capite ſuo coronā de lapi-
de ꝑcioſo. O regnū btitudinis eterne: vbi tu dn̄e ſpes ſctōꝝ ⁊
corona glīe facie ad faciem videris a ſctis letificās eos vndiꝗ
pace tua. Ubi gaudiū īfinitū: leticia ſine triſticia: ſal⁹ ſine dolo-
re: requies ſine labore: lux ſine tenebris: vita ſine morte: oē bo-
nū ſine oī malo. Ubi iuuētus nunꝗ̄ ſeneſcit. Ibi vita terminū ne
ſcit. Ibi decor nunꝗ̄ palleſcit. Ibi ſanitas nunꝗ̄ marceſcit. Ibi
gaudiū nunꝗ̄ decreſcit. Ibi dolor nūꝗ̄ ſentit̄. Ibi gemit⁹ nūꝗ̄
audit̄. Ibi triſte nihil videt̄. Ibi leticia ſemꝑ habet̄. Ibi malum
nullū timet̄. qm̄ ſummū bonū poſſidet̄ qd̓ eſt ſemꝑ videre faciē
dn̄i ꝟtutū. hec ille. O ꝙ vtile eſt hec tāta gaudia cōſiderare con
Hiero. tra hui⁹ miſerabilis mūdi tormēta. Jō dicit hier. ad euſtochiū
Quotiens te vana ſcl'i delectat ambitio: ꝗ̄tiēs ibi videris aliqd
glīoſum: ad paradiſum mēte trāſgredere: ⁊ eſſe incipe qd̓ futu-
ra es. Egredere pauliſꝑ de carcere corꝑis tui: et pn̄tis laboris
mercedē an̄ ocl'os depinge: quā oculus nō vidit: nec auris audi-
uit: nec in cor hoīs aſcēdit. hec ille. De excellētia aūt hmōi mer
cedis ſctōꝝ di. ber. Merces ſctōꝝ tā magna eſt ꝙ nō pōt men
Bern. ſurari: tā multa eſt ꝙ nō pōt numerari: tā copioſa ꝙ nō pōt fini
ri: tā ꝑcioſa ꝙ nō pōt extimari. Et augu. de ci. dei. Qd̓ de⁹ ꝑpa
rauit diligētib⁹ ſe ſpe nō attingit̄: charitate nō cōprehēdit̄: deſi
deria ⁊ vota trāſgredit̄: acqri pōt: extimari nō pōt. hec ille. Ecce
ꝙ magna remūeratio: ꝙ magnū ꝑmium cōſequit̄ modicū labo
rem hui⁹ vite. Un̄ ſap. iij. In paucis vexati (ecce laboris exigui-
Sap. iij. tas) in multis bn̄ diſponent̄. Ecce magna remuneratio. Unde
Beatus btūs effren ſic inqt. Modic⁹ eſt labor inſtitutiōis nr̄e fr̄es cha
effren. riſſimi ⁊ magna eſt reqes: parui tpis eſt afflictio: ſed retributio
ei⁹ vȝ delicie paradiſi ⁊ exultatio ⁊ leticie in ſcl'm ſcl'i ꝑmanebūt
Jō dicit ſapiēs eccl'. vlti. Uidete ocl'is vr̄is qr modicū laboraui
⁊ inueni mihi multā reqem. Et ſic clare ptȝ ꝙ breuis iſte labor
eſt ꝑmia multa laboris. Fac igit̄ libēter ⁊ volūtarie immortalis
futur⁹ ꝓ vita ꝑpetue duratura ꝗ gratanter faceres hō mortu⁹
pro vita temporali ad modicum differēda. Sed ꝓh dolor qs pe
nitet: qs pctā defleṫ: qs ſubuenit pauperi: qs miſeret̄ iopi qs cō
patit̄ miſeris: quis cogitat de futuris: nemo penit⁹: vel pauci
oēs qppe terrena ſapiūt et que ſua ſunt qrūt nō q̄ ieſu chriſti: vi
cia diligūt: virtutes fugiūt: ⁊ ſicut iumēta in ſtercoribus: ſic et

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ipſi in pctis multiplicibus miſerabiliter ꝯputreſcūt. Quid plu ra? nolūt ſcire ⁊ intelligere vt bñ agāt: nec oculos aperire vt cla re videāt: ſic excecauit eos malicia eorum. O ſtulta malicia. O mala ſtulticia voluntarie vitā fugere: mortē diligere: ſpernere bonū: agere malum: deū contēnere: ⁊ demoni obedire. O miſer rime peccator cur proprio caput enſe ſecas? Cur ſponte cathe nas demonis incurris? Cur ſua iuſſa facis? Exurge: exurge: euigila: vade et relinque dyabolum: fuge demoniū ne poſtea cum eo eternaliter condemneris. Miror nec ſatis mirari ſuffi cio ꝙ hō qui pre ceteris eſt creatura rōnalis: in nullo quaſi ſe quitur iudicium rōnis ſpernēs ſalubria: affectās noxia: querēs et deſiderās mortifera. O deus eterne q̄ cauſa talis dementie? q̄ rō tāte fatuitatis ⁊ inſanie? Cur ale mortē tam prono corde re quirūt hoīes? Cur ſibi quod tollit viuere captat homo? Uere vere: gens abſq; conſilio eſt et ſine prudentia. Heu vtinam ſa perent et intelligerent ac nouiſſima prouiderent.

Amen.

¶ Sequūtur alique breues queſtiones ſermocinātibus ſatis opportune: ab eodē patre a diuerſis doctorib9 excerpte: partim his quattuor nouiſſimis: partim diuerſis alijs materijs appli cabiles: quas cum inueniſſet impreſſor huic operi connexas: no luit etiā pre reuerentia tanti patris eas deperire.

VTrum aduentum do= mini ad iudicium precedere debeant aliqua ſi gna? ꝙ non. q2 primū eius aduentū non preceſ ſerūt huiuſmodi ſigna. Sȝ ꝯ. luc. xxj. Erunt ſi gna in ſole ⁊c. R. Xps ad iudicandū veniens in forma glorioſa apparebit propter autoritatem que iudici debetur. Ad dignitatē autē iudiciarie poteſtatis ptī net hr̄e aliqua indicia q̄ ad reuerētiā ⁊ ſubiectionē inducant: iō aduentū xp̄i ad iudiciū multa ſigna ꝑcedent vt corda hoīm in ſubiectionē vētur i iudicis inducant: ⁊ ad iudiciū ꝑparent hmōi ſignis ꝑmoniti. Q̄ aūt ſint iſta ſigna de facili ſciri nō pōt. Signa aūt q̄ in euangelijs legunt vt aug. dicit ad eſiciū de fine mūdi nō ſolū ptinēt ad aduentū dñi ad iudiciū ſȝ ēt ad tps deſtructio nis hierl'ȝ ⁊ ad aduentū quo ꝙtidie xp̄s eccl'iaȝ ſuā viſitat. Ad illō aūt qđ obijcit dicēduȝ ꝙ in prio aduētu xp̄s venit occultus in ſecundo autem vēturus eſt manifeſtus. hec tho. in. iiij.

prima questio.

reſpōſio

Aug.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Utrum omnes generaliter reſurgent: ꝙ nõ. ps. Non reſur-
gent impij in iudicio. Sꝫ ꝫ.j.coꝝ.xv. Oẽs quidẽ reſurgemus.
R. Ea quorũ rõ ſumit̃ ex natura ſpeciei opꝫ ſiliter eẽ in his q̃
ſunt eiuſdẽ ſpẽi: talis aũt ẽ reſurrectio. hec em̃ eſt eiꝰ rõ ꝑ aĩa in
ꝑfectiõe vltima ſpẽi hũane eſſe nõ põt a corpore ſeparata. Uñ
nulla aĩa in ꝑpetuũ remanebit a corpore ſeparata. Ad illđ aũt
qđ obijcit̃ dicẽdũ ꝙ loquit̃ đ ſpũali reſurrectiõe. hec tho. i. iiij.
¶ Utrũ in iudicio reſurgẽt oẽs electi: ꝙ non. q: liberior ẽ aĩa
ad contẽplandũ deũ exuta corpore q̃ȝ corpori coniuncta: ſꝫ nihil
dꝫ fieri quo aĩe electorũ ſint minꝰ libere ad contẽplandũ deũ ḡ
electorũ aĩe corporibꝰ nõ vniẽtur. Cõtra. ij. mach. vij. Rex mũ
di defunctos nos ſuis legibꝰ eterne vite reſurrectiõe ſuſcitabit
ſꝫ electi moriunt̃ in obſeruatiõe legis diuĩe. ḡ electi reſuſcita-
bunt̃. Rñſio ẽm rich. in. iiij. ſen. diſ. xliij. ꝙ oẽs electi reſurgent
q: ad hoc ordiat̃ ꝑncipal'r reſurrectio vt hoĩes cõſequãtur vlti
Rich. mũ finẽ ſuum. vltimus aũt finis electorũ eſt ꝑfecta eorũ con-
iunctio cũ ſummo bono q̃ fine cõplet̃ oĩs appetitꝰ eorũ huncia u
teꝫ finẽ ꝯpletiꝰ ꝯſequent̃ electi ꝑ reſurrectionẽ eorũ q: ſicut di.
aug. xij. ſup geñ. verſus finẽ. Ineſt aĩe quidã naturalis appeti-
Augu. tus corpꝰ adminiſtrãdi quo appetitu retardat̃ quodãmodo ne
tota intẽſione ꝑgat in illud ſummũ celũ q̃ȝdiu nõ ſubeſt corpꝰ
cuiꝰ adminiſtratiõe ꝯquieſcat. ¶ Ad oppoſitũ dicẽdũ ꝙ maior
nõ eſt vera de corpore glorificato q̃le habebũt electi in reſurre
ctiõe: ſꝫ vera eſt de corpore tali quale eſt modo. ¶ Utrũ ꝑuuli
q̃ cũ ſolo originali deceſſerũt reſurgẽt in iudicio: ꝙ nõ. reſurre
ctio erit ꝓpter plenã retributionẽ meritorũ ⁊ demeritoꝝ. ſꝫ par
uuli tã purgati a pctõ originali q̃ȝ illi q̃ in pctõ deceſſerũt origi
nali nõ meruerũt neqȝ demeruerũt ḡ nec illi: nec iſti reſurgẽt.
Cõtra ioh. v. Mortui audiẽt vocẽ filij dei: ⁊ q̃ audierit viuent.
Joh. v. Sꝫ vt dr̃ parũ poſt. Oẽs qui in monumẽtis ſunt audiẽt vocẽ fi
lij dei ḡ oẽs q̃ in monumẽtis ſunt reſurgẽt. ¶ Rñſio ẽm rich. in
iiij. ſen. di. xliij. ꝙ ꝑuuli q̃ cũ ſolo origiali pctõ deceſſerũt reſur-
gẽt ꝓpter cãm reſurrectionis oĩbꝰ ꝯmunẽ de qua. ſ. ẽt ꝓpt̃ cãm
ſpãlẽ: ꝑ pctõ em̃ origiali obligat̃ hõ ad penã dãni. pctm̃ autẽ
origiale cõtrahit aĩa ꝑ vnionẽ ſui cũ carne infecta. idõ cõueniens
eſt vt aĩe ꝑuulorũ carẽtiã viſionis dei ꝑpetuo patiantur in ſuis
corporibꝰ vnite ꝑ quorũ cõtagionẽ incurrerũt obligationẽ ad ta
lem penã ¶ Ad oppoſitũ dicendũ ꝙ q̃uis in paruulis nõ ſit
actꝰ merẽdi vel demerẽdi: in illis tñ in q̃bꝰ remiſſuꝫ eſt pctm̃ ori

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ginale eſt radix merẽdi ſcilicet gratia gratũ faciens. ⁊ in illis in quibus non eſt remiſſum eſt radix demerendi.ſ.habitualis cõcupiſcẽtia:⁊ ideo reſurgent tam iſti ꝙ illi.

¶ Utrũ oẽs reſurgẽt in eiſdẽ locis in quibꝰ fuerũt ſepulti: ꝙ nõ qꝛ reſurrectio erit a morte ſ3 mors magis reſpicit locũ mortis ꝙ ſepulture ergo reſurgẽt in locis ĩ quibꝰ deceſſerũt. Cõtra Eze.xxxvij. Ego aperiã tumulos vr̃os ⁊ educam vos de ſepulchris veſtris popule meꝰ. R̃nſio ſm rich.in.iiij.diſt.xliij. ꝙ mortui reſurgẽt in illis locis in quibꝰ tpe reſurrectiõis erit pars pn̄cipalioꝛ corporis ſiue ibi fuerit corpora eorũ ſepulta a pricipio ſiue nõ. ſi aũt illo tpe contingat alicuiꝰ corporis ptes eq̄ principales eẽ in pluribꝰ locis:tũc cũ nõ ſit rõ quare magis reſurgat in vno loco ꝙ in alio tũc reſurget in illo loco in quo volũtas dei imperabit. Ad oppoſitum dicendũ ꝙ reſurrectio non tm̃ erit a morte ſed etiã ab incineratione. incineratio aũt magis de prope reſpicit locũ ſepulture ꝙ locũ mortis. Ezech. xxxvij.

¶ Utrũ oẽs reſurgent in eadẽ etate: ꝙ nõ qꝛ a reſurgẽtibꝰ maxime a bonis nihil auferet qḋ in eis fuerit dignitatꝫ. ſ3 ſicut dr̄ ꝓuer.xvj. Corona dignitatis ſenectus. ergo ſenes reſurgẽt in ſenili etate:ſed iuuenes nõ reſurgẽt in ſenili etate. ergo nõ oẽs reſurgẽt in eadẽ etate. Cõtra gloſa ſup illḋ ad ephꝫ.iiij. In menſura etatis plenitudinis xp̄i tũc oẽs in eadẽ etate reſurgẽt in qua xp̄s mortuus eſt ⁊ reſurrexit cuiuſcũqꝫ etatis mortui fuerint. ¶ R̃nſio ſm ric.in.iiij.di.xliij. ꝙ etas dupliciter põt accipi. Uno mõ ꝓ toto tpe quo vixit homo:⁊ ſic nõ oẽs reſurgẽt in eadeꝫ etate. Alio mõ ꝓ ſtatu coporis ⁊ ꝟtutis q̄ ex õnis in hũano corpe relinquitur ſm quẽ modũ accipiẽdi etatẽ dicimꝰ ꝙ adã factꝰ fuit in etate virili ⁊ ſic oẽs reſurgẽt in eadem etate.ſ. xp̄i. etas dupl'r põt accipi.

¶ Ad oppoſitũ dicendũ ꝙ ſenectꝰ dr̄ corona dignitatis nõ ꝓpt ꝯditionẽ corpis qꝛ tũc ẽ in defectu ſ3 ꝓpt ſapientiã q̄ in eis preſumit maioꝛ ꝓpter multã experientiam ex temporis antiquitate:quapropter dr̄ iob.xij. In antiquis eſt ſapientia.

¶ Utrũ oẽs reſurgẽt in ſexu virili: ꝙ ſic qꝛ oẽs reſurgẽt ſine defectu ⁊ deformitate ſ3 ſexus femineꝰ ẽ ex defectu nature ⁊ preter eiꝰ intẽtionẽ ſicut eñ dĩ. philoſo.xvj. de aĩalibꝰ. Femina eſt q̄ſi mas occaſionatꝰ ꝫ ſexꝰ femineꝰ nõ reſurget. Cõtra augu.xxij. de ci.dei.c.xvij. dicit. Mihi meliꝰ ſapere videnť q̄ vtrũqꝫ ſexũ reſurrecturũ nõ dubitãt. ¶ R̃nſio ſm ric.in.iiij.diſ.xliij. ꝙ l3 q̄dã dixerũt ꝙ oẽs reſurgẽt in ſexu virili vt innuit aug.in cap. palle Ariſtoteles.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gato tñ dicendũ eſt ꝙ non oẽs reſurgẽt in ſexu virili ſ3 viri in ſexu virili: et femine in ſexu femineo. qꝛ hoc exigit natura indiuidui ⁊ congruit ꝑfectioni ſpeciei ⁊ erit occaſio laudãdi deũ. Di- Scotus. cit aũt ſcotus ꝙ põt eſſe ꝙ viri reſurgẽt in ſexu femineo: et femine in ſexu virili ĩdẽ in numero. qꝛ vir et mulier ſolum accidẽtaliter diſtiguunt. Ad oppoſitũ dicẽdũ ꝙ ꝗ̃uis mulier gignatur ꝑter intentionẽ nature ꝑticularis eſt tñ de intẽtiõe nature vniuerſalis nec in illo ſexu cõfuſio: libido ſeu verecundia erit.

¶Utrum corpora reſurgentiũ reſurgent cum deformitatibus ſuis: ꝙ ſic. Cicatrices ſunt deformitates in corpore: ſed corpꝰ xp̃i reſurrexit cũ cicatricibus vt põt accipi ex his q̃ habenꝭ ioh. Aug. xx. ergo multo fortius corpora aliorũ reſurgẽt cũ ſuis deformitatibus. Cõtra aug. in ench. ca. lij. Reſurgẽt corpora ſanctorũ ſine vllo vicio. igiꝭ et ſimiliter argui poteſt de corporibꝰ dãnatorum qꝛ ſicut coicabunt cũ beatis in natura: ita videꝭ in naturalibus diſpoſitionibus corporalibus. ¶Rñſio ſm rich. in. iiij. diſ. xliij. ꝙ ſicut accipi poteſt ex ſentẽtia aug. xxij. de ciui. dei. c. xix. oĩs deformitas reduciꝭ vel ad illã que eſt ex parte corporis vel ex ꝑte figure: vel ex ꝑte diminutionis partiũ: vel ex ꝑte ſuperabundãtie. Dico ergo ꝙ quocũꝗ̃ ꝓdictorũ modorũ deformitate accepta corꝑa electorũ ſine omni deformitate reſurgẽt qꝛ oĩs deformitas ad aliquod viciũ pertinet. S3 ſm aug. vbi ſupra. reſurgẽt ſine oĩ vicio ſeruata integritate nature: corpora aũt dãnatorũ reſurgẽt ſine omni deformitate que eſt ex parte diminutionis partiũ: qꝛ indiſtincte dicit apoſto. ꝙ mortui reſurgẽt incorrupti: ſed vtrũ reſurgẽt ſine deformitatibꝰ aliis dubiũ eſt ⁊ dicũt quidã ꝙ nõ immo manebũt in eis ad maiorẽ eorũ cõfuſionẽ. Alij dicunt ꝙ reſurgent ſine eis qꝛ in reparatione corporis reſurgentis magis attendiꝭ nature perfectio ꝗ̃ conditio q̃ prius fuit. hoc tñ aug in ench. vt magiſter recitat in lr̃a relinq̃t indeterminatũ dicẽs ꝙ nos fatigare nõ debet eorũ incerta habitudo vel pulchritudo quorũ erit certa ⁊ ſempiterna dãnatio Ad oppoſitũ dicẽdũ ſm aug. xxij. de ci. dei. c. x. ꝙ cicatrices in corporibus martyrum nõ erunt deformitates.

UTrum angeli iudicabunt: ꝙ ſic. quia mat. xxv. ſcribitur dominus venturus ad iudicium cum angelis. Sed contra poteſtas iudiciaria data eſt apoſtolis quia iudicati ſunt cum dño et merita eorũ comparata malis eos oſtendent reprobos: ſ3 neutrũ eſt in angelis ⁊c.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Reſpondet Boñ. in iiij. diſtinctione. xlviij. ꝙ iudiciaria poteſtas
triplici ex cauſa dicitur eſſe communicata apoſtolis ſcilicet ra
tione comparationis. approbationis ſententie: et honorabilis
confeſſionis. Ratione comparationis erit omnium malorū bo-
norum: approbationis vero bonorū tantum ſed hominum et
angelorum: ſed honorabilis confeſſionis perfectorꝫ tantum.
Unde dicendum ꝙ proprie loquendo iudiciaria poteſtas non
erit in angelis. ſi autem dicitur in eis eſſe intelligendꝫ eſt ra
tione approbationis. Cum ergo dicit ſcriptura ꝗ venit dominꝰ
cum angelis non eſt intelligendū cum angelis iudicantibus ſꝫ
miniſtrantibus: hoc boñ. Utrū omnes iudicabuntur? ꝙ ſic. ij.
cor. v. Omnes aſtabimus ante tribunal xp̄i vt recipiat ꝛc. Sꝫ
contra Jo. iij. Qui credit in eum non iudicatur ꝛc. ℞. Judiciū
dicitur tripliciter: ſcilicet proprie: communiter: et appropriate. Judiciū
Judicium communiter dicitur collatio manifeſta meriti ad pre dr̄ tripli
mium. Judicium proprie dicitur diſcuſſio meritorum cum ſen citer.
tentie diffinitione. Judiciꝫ appropriate dicitur ipſa condemna
tio. vnde iudicatus dicitur condemnatus. primo modo dicitur
omnes iudicabuntur. quia patebit quomodo deus omnibus
retribuet ſecundum merita. Secundo modo prout dicitur iu-
dicium diſcuſſionis nō oēs iudicabuntur. ſed erunt quattuor
ordines ſicut diſtinguit Gregorius et magiſter ponit in littera.
Tertio modo iudicabuntur mali ſolum. et iſtud iudiciū incipit
in preſenti per excecationem in infidelibus: et per expoliatio-
nem in demonibus: et conſummabitur in futuro. hec Bona-
uentura vbi. s.

¶ Utrum angeli iudicabuntur? ꝙ ſic. primo corinth. ſexto. Ne
ſcitis quoniam angelos iudicabimus. Sed contra. Joh. decimo
ſexto. Princeps mundi huius iam iudicatus eſt. ℞. d. ꝙ demo-
nes non iudicabuntur iudicio diſcuſſionis ſed iudicio condem-
nationis. Tum ex parte iuſticie dei vt in omnibus clareſcat
iuſta eoꝝ condemnatio. Tum ex p̄te gl̄ie xp̄i q2 xp̄s triūpha
uit de diabolo. ꝛ iudicatus fuit a mēbro diaboli et ad ſuggeſtio
nem eius. Jdeo debet authoritatem iudicialem ſuper eū acci
pere. Tū ex parte meriti. q2 eñ participes fuerūt culpe hūane
debent ꝛ participes eſſe ꝯtumelie ꝛ pene. Tuꝫ ex parte ſui ſup
plicij ꝯſummandi. Uñ inuoluentur ſimul cum damnatis ꝛ ſimul
incarcerabuntur. Et ſimiliter angeli boni iudicabuntur iudi
cio retributionis. Cōſummabit eñ gl̄ia in ipſis ſaltē quātuꝫ ad



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

premiũ accidentale ⁊ ceſſabit meritũ. Ad illud aũt quod obÿci
tur dicẽdũ ꝙ dyabolꝰ dicitur iudicatꝰ qꝛ poteſtas eſt ei aliquo
modo ſubtracta q̃tum ad bonos ſed nõ oĩno. Jõ opꝫ tũc iudi
ciũ eiꝰ ꝯſummari. hec boñ. vbi. ſ. ❡ Utrũ ptãs iudiciaria ſit xp̃i
ſm diuinitatẽ vel ſm humanitatẽ. ꝙ ſm diuinitatẽ qꝛ eiꝰ eſt re
tribuere ſm diuinitatem qꝛ de deo opꝫ credere qꝛ ipſe remune=
rator eſt. heb. xj. ergo ⁊ iudicare. Sed cõtra io. v. Poteſtatẽ de=
Joh. v dit ei iudiciũ facere qꝛ filiꝰ hominis eſt. ❡ Reſpõſio. Ad hoc ꝙ
iudiciũ ſit firmũ cõcurrit anthoritas in ſententiãdo ⁊ poteſtas
in retribuẽdo. hec aũt duo conueniũt xp̃o ſm diuinitatem per
naturam ſic eñ eſt dñs oĩm potentiſſimꝰ: ſm humanitatẽ vero
ſunt ei collata per gratiã. Uñ ac. x. Ipſe eſt q̃ cõſtitutꝰ eſt a deo
Act. x. iudex ⁊c. hec boñ. ❡ Utrum apparebit xp̃s malis in forma diui
nitatis: ꝙ ſic. reprobi debẽt terrer ad aſpectum xp̃i: ſed qð ſum
me terre eſt ptãs diuinitatis ⁊ maieſtas. Sed cõtra Iſi. di. In
Iſido. forma qua iudicatꝰ eſt videbũt eũ vt doleãt in forma diuinita=
tis nõ videbũt ne gaudeãt. ❡ Rñſio. Dicẽdũ ꝙ ſicut dicit au.
⁊ iſido. ⁊ magr̃ in lr̃a etiã hugo de ſacris. Prem nullꝰ de repro
bis videbit in iudicio: ſed oẽs filiũ qꝛ filius hoĩs eſt. Uñ nõ ap=
Duplex parebit malis in forma dei. Propter qð nota ꝙ duplex eſt cogni
eſt cogni tio diuinitatis. Una p ſigna ⁊ effectꝰ. Alia in ſua forma ⁊ eſſen
tio diui= tia. Dico ḡ ꝙ reprobi habebũt cognitionẽ de xp̃i diuinitate p ſi
nitatis. gna certiſſima ⁊ effectꝰ manifeſtos: cognitionẽ aũt eiꝰ in ꝓpria
forma p aptã viſionẽ nõ hẽbũt qꝛ talis forma ĩproportionabi
lis eſt ocl'is creature niſi ſint ſublimati p gl'iã: aut ſuperabũdã
tiã. gr̃e. reꝓbis aũt nõ dabit̃ gr̃a: nec ſimplr̃: nec ad tp̃s. Rõ aũt
quare nõ dabit̃ eis virtꝰ q̃ diſponat eoꝝ aſpectũ ad videndũ illã
lucẽ eſt illa quã tãgit aug. ⁊ iſid. qꝛ ſic haberẽt ſummã delecta=
tionẽ qð nullatenꝰ decꝫ. hec bo. in. iiij. vbi. ſ. ❡ Utrũ apparebit
Chriſo. reprobis in forma hũanitatis gl'ioſa: ꝙ nõ Criſo. Ueniet in iu
dicio xp̃s nõ ſolũ vulneꝝ cicatrices ſꝫ ⁊ ĩpaꝫ mortẽ exprobratiſ
ſimã oñdẽs. Sed cõtra. Nulla erit in eo fictio ḡ talẽ oſtẽdet for
mã q̃lẽ hẽbit ſꝫ hẽbit gl'ioſaꝫ. ❡ Rñſio dicẽdũ ꝙ apparebit oĩbꝰ
in forma gl'ioſa ⁊ nõ erit differẽtia a parte apparẽtis ſed ex pte
recipiẽtiũ: boni eñ recipiẽt formã gl'ioſam cũ gaudio et gl'ia: ſꝫ
mali cũ cõfuſione ⁊ pena: cõfundent̃ eñ in aſpectu eiꝰ ⁊ non po
terũt eius ſuſtinere vultũ propter cõſciẽtie remorſum ⁊ ꝓpter
expectationem ferende ſentẽtie cõtra eos. Ad illud autẽ quod
obÿcitur dicendum ꝙ ille cicatrices erunt ſigna mortis viliſſi=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

me preterite quã ſuſtinuit: ꝫ tñ qꝛ apparebũt in excellẽtia glo
rie ſignũ erũt victorie ⁊ glorie tũc preſentis. hec boñ. ¶ Utrũ
hora iudicij ſit nota alicui creature? Rñſio. Dicendũ abſqꝫ du
bio ꝙ hora illa eſt nota toti trinitati ⁊ homini aſſumpto. Igno
ta autẽ eſt oib⁹ in ſtatu viatoꝝ exiſtentib⁹. Sed de hoc eſt contẽ
tio inter doctores an ſit nota angelis ⁊ aĩabus beatis? Sed cer
te q̄d ſit ſup hoc tenendũ magis docebit experiẽtia pro loco et
tempore ꝙ̃ nunc doceat ſcientia. hec boñ. in. iiij. diſtin. xlviij.

Utrũ damnati deũ habeãt odio? ꝙ non. Null⁹ poteſt
ipſam bonitatẽ odio habere. Sed cõtra. pſalm̃. Su — Pſalm̃.
perbia eoꝝ q̃ te oderũt aſcẽdit ſemp. ¶ Rñſio. Affe
ct⁹ movet̃ ex bono vel malo apprehẽſo de⁹ aũt appre
hendit̃ dupliciter vno mõ in ſe ſicut a beatis qui deũ per eſſen
tiã videt̃: ⁊ per effect⁹ ſicut a nobis ⁊ dãnatis. Ipſe igit̃ in ſeip
ſo cum per eſſentiam bonitas nõ põt alicui volũtati diſplicere
neqꝫ odio haberi: ſed aliq̃ effectus ei⁹ poſſunt eſſe volũtati repu
gnantes inq̃ꝫtum cõtrariant̃ alicui. ⁊ ſm̃ hoc aliq̃s deum odire
põt nõ in ſeipſo ſed rõne effectuum. dãnati ꝙ̃ deum ꝑcipientes
in effectu iuſticie q̃ eſt pena eũ odio habẽt ſicut ẽt penas quas
ſuſtinẽt. hec tho. in. iiij. ¶ Utrũ dãnati velint ſe peccaſſe? ꝙ ſic.
Aug. de fide ad petrũ dicit ꝙ bonam hr̃e nullatenus poterunt — Aug.
volũtatẽ: ſed nolle peccaſſe eſt volũtatis bone ergo cũ conſide
rãt pctm̃ ſuum nõ poſſunt nolle ſed velle. Item volũtas homi
nis poſt mortem inuertibilis eſt ſicut ⁊ volũtas angeli. Sed cõ
tra Sap. v. Intra ſe penitentiã agẽtes. Rñdet boñ. in. iiij. diſt. — Sap. v.
l. ꝙ nolunt peccaſſe nõ propter hoc ꝙ peccatũ eis diſpliceat qꝛ
iniuſtũ: ſed quia eis diſplicet pena iuſta ⁊ ideo malam habent
volũtatem. nam adhuc viuit in eis voluntas peccandi licet do
lore impediatur ne exeat in actum ſuum: per habitum enim vo
luntatis male appeterẽt peccare ſi nõ crederent ex hoc puniri.
Unde patet reſponſio ad primum. Ad aliud autẽ qd̃ obijcit̃ ꝙ
volũtas eſt inuertibilis dicendũ ꝙ veꝝ eſt de voluntate quãtũ
ad habitũ in quẽ fit plena ꝯ̃ſio ſed nõ de vertibilitate quãtũ ad
actum. hoc boñ. ¶ Utrum damnati volũtate deliberatiua ma
